& incontinenti ſequitur iuris pœna, & iuris effectus priuationem operantis, *vt in d.l.* 1. *ff. ad Turpil. & in cap. ſi quem. §. notandum* 2. *quæſt.*3.

Et quòd nec requiritur noua ſententia priuationis, ſed de facto priuabitur imponendo pœnam iuris, & meliùs dixit Innoc. *in d.cap. poſtulaſti. in prin.*quòd lata ſententia ſuper crimine ita, (condemno te de tali crimine) poſtmodum executio pœnæ fiet ſecundùm canones, qui præcipiunt criminoſos,& damnatos deponendos *c.*1.*deciſ.*25. & ita Innocent. declarat. Anto. de Neuo.*in additio. mag.ad Abb.in d.c. inter dilectos*,quòd in executione ſententiæ latæ debebit iſte talis clericus,deponi à beneficio,etiam ſi in ea non ſit expreſſum,ſed iuris intellectu impoſita pœna priuationem eius inducente ipſo facto, & ita tenendum eſt.

Alia ſe offert practicabilis inſerenda du-
75 bitatio,an executor nominatus ad executionem executorialium, quibus beneficij poſſeſſor venit in fructibus eiuſdem beneficij perceptis, ſeu percipiendis condemnatus; an excedat illas exequendo in diſtributionibus quotidianis,oblationibus,funerariis,ſeu incertis aliis eleemoſynis, & ad horum ſolutionem, & ſatisfactionem condemnatum compellendo. In qua breuibus me gerens dico, regulariter executorem hoc caſu excedere. moueor; quia appellatione fructus beneficij eccleſiaſtici diſtributionis quoti-
76 dianæ non comprehenduntur, Selua *de beneſi.* 3.*p. quæſt.*12.*ex num.*33. Couarr. *lib.*3. *var.cap.*13.*num.*1. Caſſiador. *deciſ.*6. *ſub n.*8. *de præben.* latè Prob.ad Ioan.Menoch.*in cap. vnico ſub num.*52. *verſ. pro complemento.& ſub num.* 57. Lancelo. *de attent.*3.*p. cap.*31.*n.*24. Andr. Gambar. *de off. & poteſta. lega. delati. lib.*6.*ex num.* 18. Oieda *de beneficiis incompa.* 1.*p. cap.*12.*num.*8. Flami. Pariſ. *de reſignatio. beneſi. lib.*6. *quæſt.*2. *num.* 30. plures referens ſequitur Monet. 2.*p.quæſt.*14.*num.*22. quod adeò verum eſt ex hac ratione, vt licèt quis
77 habeat priuilegium à ſummo Ponti. vt fructus beneficij etiam abſens integrè recipiat, ac ſi eſſet præſens, non tamen conſequitur diſtributiones quotidianas. gl. communiter recepta *in verbo, adfuerint. in c. vnico. de cler. non reſid. in* 6. tradit Rebuf. *in praxi* 3.*p. tit. de breui apoſtolico. n.*45. Dueñas *regul.* 206. *in prin.* Monet. 1.*p. q.* 6.*num.* 12. & poſt alios latè Couar. *vbi proximè n.*2. Calderi. *conſ.*1. *tit.de cleri. non reſid.* Ioan. de Ocon. *in repeti. d. c. vni. num.* 10. Caſſiado. *deciſ. vni. per totam. de cleri. non reſid.* Gigas *conſilio* 144. *ex numero* 25. Graff. 2. *p. deciſio. lib.* 3. *cap.* 15. *numero* 9. Ioan. Gutier. *lib.* 2. *canoni. quæſtio. cap.*15. *ex num.* 12. Flami. Pariſ. *vbi proximè num.* 30. Franciſc. Viuius *in communi. opinio. verſic. diſtributiones quotid. fol.* 46. Manu.Rodrig. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſtione* 74. *artic.* 4. *verſiculo ſecunda ratio.* dicentes, quòd ſolum- 78
modo percipit fructus diſtinctos, & ſeparatos à diſtributionibus quotidianis, quæ tantùm perſonaliter intereſſenti præſtantur.

Et ex eademmet ratione, & eius identitate locum habet in mortualiis, ſeu fune- 79
rariis oblationibus, & aliis emolumentis, quia non veniunt appellatione fructuum, redditaum, prouentuum beneficij,latè alias rationes adducens probat Moneta *de diſtrib. quoti.* 2. *p. quæſt.* 14. *num.*22. Zerola *in praxi epiſcopali* 2. *p. verbo, diſtributiones. ad ſi.* Cænedus *in canon. quæſtio. q.*1. *num.*5. dicentes, quod etiam ſi quis habeat priuilegium à ſummo Pontifice, vt poſſit in abſentia percipere fructus, redditus, prouentus, obuentiones, & emolumenta ſui canonicatus, ſeu etiam diſtributiones quotidianas, adhuc non comprehendit mortualia, ſiue anniuerſaria.

Quod inſuper & ex eo fulcitur,quoniam etiam ad valorem beneficij, vt nuntius poſ- 80
ſit prouidere, conſiderentur, & computentur fructus rationalis reſidentiæ percipi ſoliti, & diſtributiones quotidianæ; tamen anniuerſaria, & funeraria incerta,non computantur, nec conſiderantur,quia non connumerantur in fructibus ad valorem. Abb. *in rub.de parochiis n.* 3.plures in id allegat Rotæ deciſiones Nicol. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.*3. *à n.*153. & iterum *n.* 157. dicunt etiam Feli. *in c. ad aures n.*14. & Ripa *num.* 29. *de reſcript.* Selua *de beneſi.*3. *p. quæſt.*9. *num.*12.Rebuf. *in praxi beneſi. tit.de congrua portione n.*83.*&* 85. *& de nominatione quæſt.*9.*n.*43. *aliàs* 46. Rota *deciſ.* 5. *à numero* 7. *p.*2. *diuerſor.* & Cæſar de Graſſ. *deciſ.*117. *n.*12. Anchar. *in clem.vni. de conceſ.præben. ſub n.*62. *verſ. ſed aduerte.*qui dicunt, quòd licèt ab huiuſmodi valorem hæ incertæ eleemoſynæ, funerariæ, & emolumenta non computentur in fructus, nec eorum appellatione veniant, ratione incertitudinis; tamen hoc limitari; quando incerta iſta ſint ſolita locari ſingulis annis pro 81
certa quantitate, vel aliàs communiter redigantur, ſeu redigi poſſint ad certam ſummam. nam tunc incerta iſta redduntur certa, & computantur in valorem facultatis Nuntij, ſaltim vt fructus, ſeu diſtributiones ratione perſonalis reſidentiæ percipi ſoliti.

Et in terminis quòd poſſeſſor beneficij 82
per ſententiam condemnatus ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & percipiẽdorum,non teneatur reſtituere,ſoluere,nec relaxare diſtributiones quotidianas, quas ex

ſua reſidentia ſuos fecit condemnatus, nullóque modo debentur abſenti, & non reſidenti,probant Manuel Rodrig. *quæſtio.regula.quæſt.*74. *art.*4.*verſ.vnde condemnatus.* Romanus *in l. ſed & ſi poſſeſſori. n.* 5. *ff. de iureiur.* Gambar. *de offic. & poteſtate lega. lib.* 6. *num.* 34. Boërius *deciſ.* 340. *num.*4. Moneta, *de diſtributio.* 1. *p. quæſt.* 6. Cæned. *canoni. quæſtio. quæſt.*1. *num.*6.& probant etiam Decianus & Petrus Gregor. ſtatim citandi, vltra quos latè eſt videndus plures Rotæ deciſiones allegans Lancel.*de attenta.*3. *p.cap.*31. *à num.*25.

83 Quod idem eſſe dicendum in emolumentis incertis, vt funeralibus, oblationibus,ac eleemoſynis,& ſimilibus,tenet & bene Nicolaus Garcia *in tract. de benef.tom.*1.6. *p.c.*3.*n.*121. *& n.*122. dicens, quòd etiam in aliis beneficiis, etiam parochialibus non ſit condemnatio fructuum,niſi prouenientium
84 ex decimis, primitiis, &c. per Rotam in vna deciſione Dertuſien. parochialis 4. & 10. Maij 1582. quam etiam adducit ad literam in aliud propoſitum *in tom.* 2. *p.*9. *cap.*2. *num.* 233. quibus ita dicitur: Retentis aliis deciſionibus in hac cauſa factis, dubitaui; an, & in quibus fructibus Gaudioſus veniret condemnandus; & dubio bis propoſito, Domini pro maiori parte firmarunt, ipſum teneri ad illorum fructuum reſtitutionem, quos ex decimis, & primitiis rectori eiuſdem eccleſiæ debitis, à die motæ litis ipſe percepit, in hanc enim iuerunt ſententiam eo potiſſi-
85 mum fundamento, quia hæc electio forma Concilij non ſeruata, vti ſubreptitia, nulla, & irrita, nullum ius, aut iuſtum poſſidendi titulum ipſi Gaudioſo præbere potuit. vt clarè demonſtrant Concilium Trid. *ſeſſ.*24. *cap.* 18. & conſtitutio Pij V. ſuper collationem parochialium, quapropter fructus abſque dubio reſtituendi ſunt, quòd etiam ſibi locum vendicaſſet, vbi epiſcopus tantùm ſine ordine præceſſiſſet. Afflict. *deciſione* 218. *à num.*5.

86 Quamobrem ceſſare dicebatur obiectum, quòd licuerit Gaudioſo dictos fructus,veluti bona fide, ac iuſto titulo perceptos, in proprios vſus conuertere, *ad l. qui authore. ff. de regul. iur. l.bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domini. & in cap. grauis de reſtitutione ſpolia.*cùm enim ius, hoc pacto, dictæ electioni, ac prouiſioni reſiſtat, viſum fuit, non eſſe hæſitandum, Gaudioſum prædictam reſtitutionem minimè euitare poſſe.Idem voluit Ab. *in cap. dilecto. de præben. n.*12. per doctrinam B. *in l. ſed & ſi. §. ſcire. de petitione hæredi.* quam vti pulchram ſequitur Feli. *in cap. de quarta num.* 31. *verſ. tertia reſtrictio. de præſcriptio.* &c.)

Iſthæc tamen noſtræ quæſtionis veriſſima, vt comprobata,reſolutio nonnullas pati fallentias,inuenio. Et prima, vt tunc condem- 87
natus per ſententiam ad reſtitutionem fructuum beneficij, non tenetur diſtributiones quotidianas reſtituere; quando vltra diſtributiones adeſt groſſa beneficij, vt ſecus ſit dicendum, quando omnes beneficij fructus conſiſtunt in diſtributionibus, ne verba ſententiæ inania reddantur; ita probant Decianus *conſ.*43. *num.* 16. *volum.*1. Petrus Gregor. *in tract. de benef.cap.*7. *num.*12. Moneta *de diſtributio.*1.*p.quæſt.*6.*n.*16. & iterum 2. *p. quæſt.*10. *num.*24. Cæne. *in quæſtio. can. quæſt.*1.*n.*6.

Et licèt hoc caſu, & aliis dicendis,quibus 88
tenetur condemnatus ad diſtributiones,non tamen tenetur reſtituere, niſi quas percepit,ſuáſque feciſſe apparet ex reſidentia ſua, at ea quæ ob eius non reſidentiam, & intereſſentiam,cæteris canonicis accreuerunt, reſtituere non tenetur,vt per Cænedum ibi, quod quidem verum eſſe cenſeo, niſi collitigans lite pendente legitimam fecerit proteſtationem poſſidenti, nempe, alternatiuè, vt reſideat, aut dimittat poſſeſſionem ſecundùm ſtylum Rotæ, quia tunc etiam 89
diſtributiones non perceptas per eum ob eius non reſidentiam, reſtituere tenetur, Puteus *deciſione* 383. *numero* 7. *lib.* 1. Rota in vna Lacenen. beneficij de Anſo 16. Ianuar.1577. coram Lanceloto, quæ habetur 1.*p.diuerſo.deciſ.*618.*& optima etiam deciſ.*1170. *lib.*3.*p.*3.*diuerſo.*Lancelo.*de attenta.*3.*p.c.*31.*à n.*27. Hieron.Gonzal. *de alter. §.*7. *proœmiali n.*156. Nicola. Garc. *de benef.*6.*p cap.*3.*n.*120. *&* 124. vbi alias deciſiones allegat, & ſic in caſu, quo ad diſtributiones tenetur, proteſtatio poſſidentem obligat,ad reſtitutionem etiam non perceptorum, ob non eius intereſſentiam,latè proſequitur,vltra hos Docto- 90
res Lancelo. *de attenta.*3.*p.c.*31.*à num.*27.vbi explicat aliqua neceſſaria requiſita, quæ præciſè continere debet huiuſmodi proteſtatio, vt aliter facta non proſit.

Secundò fallit noſtra reſolutio, quando 91
agitur ex breui Camerali, de capienda poſſeſſione beneficij reſeruati, & affecti ſedi apoſtolicæ, quia tunc poſſeſſor intruſus cogitur pro breuis paritione, ad reſtituendas diſtributiones quotidianas ab eo perceptas, latiſſimè poſt alios & Rotæ deciſiones Nicol.Garc.*vbi proximè à n.*112.*cum multis ſeqq.* & Hieron. Gonzal. §.7. *proœmiali à num.*161. *cum ſeqq. & ſuperiùs*, apud quos quomodo, & quando, & de quibus fructibus,ſeu diſtributionibus, pro paritione breuis, poſſeſſor reſtituere teneatur, reperies.

Et tertiam aliam fallentiam ſcribit Lancel. 92

vbi proximè à num.25. & ſuprà,quam his ad-
dere potes, ſcilicet; quando attentans lite
pendente condemnatur (prout tenetur) ad
fructuum reſtitutionem, quia intelligitur
de diſtributionibus etiam, vbi teſtatur de
aliquibus Rotæ deciſionibus, tenet etiam
Caſſiador. deciſ.6.num.3.tit.de præbend. Tho-
mas de Thanis deciſ.49. incipit Capitulum
Forlibienſe Anto. Auguſti. deciſ.11. incipit
præſuppoſita lib.2.

93 Hinc & in illam labimur, vt celebrem
ancipitem diſcutiendam quæſtionem; an
exequutor datus ad rei reſtitutionem, vi-
gore executorialium excedere dicatur, fru-
ctus etiam rei parti victrici ſoluere compel-
lens, cùm in ſententia eorum expreſſa men-
tio non fiat. Et quòd excedat, videtur ma-
nifeſtè probari, quoniam ſententia eſt ſtri-
94 cti iuris, & tantum diſponit, quantum lo-
quitur, vt per Decium in l. ius noſtrum n.11.
de regul.iur. Gozadi. conſ.50. num.12. Socin.
Iunior.conſ.181.nu.67. lib.2. Crauet.conſ.188.
95 num.6. Menoch. conſ.80. num.39. nec ex ea
plus probatur, quàm ex ea neceſſariò infer-
tur, Alexander conſ.84. in cauſa num.3. lib.3.
Anchara. conſ.437. Decianus conſ.52. nu.44.
lib.1.Cardinal.Tuſc.practi.conclu tom.7. litera
S.concl.121. num.57.& num.65. & ſeqq. Me-
noch. conſ.110. num.17. & ſeqq. & num.26.
Alexan. conſ.123. diſcuſſis num.7. lib.4. De-
cius conſ.248.de duob. colu. fi. Fulgoſ.conſ.140.
præſupponitur. colu. penult. verſ. ad ſecundum.
Decius in l.1.ff.de off.eius. Caſtrenſ. conſ.441.
96 num.5. in fi. lib.2. nec continet niſi id, quod
in ea reperitur expreſſum. Roland. à Valle
conſ.79.num.17.lib.3. pleniùs conſ.17.à num.6.
& ſeqq.

97 Et propterea ſententiam meritò ſtrictam
interpretationem recipere, probant text. in
l.1. C.ſi plures vna ſententia. & l. ſi iudex. ff. de
ijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. notat B. in l.Iu-
lianus num.5.ff.de condictione indebiti. Decius
in conſ.83. num.4. optimus text. in l.diui ff. de
liberali cauſa.l.ſi aptè ff. de exceptione rei iudi.
idem Bar. in l. ſi expreſſim. colu.2.ff. de appella-
tio. Cæpol. in 1.ff. de verbor. ſigni. num.151.
98 Couar.vari.reſolu. lib.3. cap.5. in fi.cuius qui-
dem verba ideo ſunt ſtrictè accipienda.
Ioan.de Anania conſ.18. viſa ſenten. in prin.
Alexan. conſ.174. opportunè num.2. lib.2. &
conſ.108. viſo proceſſu num.2. lib.5. plenè conſ.
49.in cauſa in prin. lib.7. & conſ.164. viſis n.2.
vbi additio. in verbo ſtricta, plures adducit
concordantes lib.7. Roland. à Valle conſ.79.
num.10.& ſeqq.lib.3. Decia. conſ.8. num.108.
lib.1. Decius conſ.107.nu.7. Crauet.conſ.188.
num.6. Curtius Iunior conſ.153. in fi. plenè
Menoch. d.conſ.110.lib.2. à nu.13. Iſſ.conſ.98.
accedo. colu.fi.lib.1. Alexan. conſ.174. num.2.
lib.2. & conſ.46.lib.1. Socin. conſ.139. lib.1.
Cæpol.conſ.57.Decius in l.1 ff.de off.eius.Ro-
ta nouiſ. deciſ.317.n.4.p.2.diuerſo.

Et hinc eſt vt ſententia qua quis con- 99
demnatus eſt ad fructuum perceptorum
reſtitutionem, non trahitur ad illos, qui
percipi potuerunt. Roland. à Valle conſ.76.
num.23.cum ſeqq.lib.4. Cardi.Tuſc. vbi ſuprà
num.94. ergo ſequitur euidenter, quòd cùm
de fructuum reſtitutione ſimul cum ipſa re
tradenda, nihil reperiatur ſcriptum, & ex-
preſſum in ſententia;excedet exequutor, ad
illorum præſtationem condemnatum com-
pellendo, quidquid ſiquidem in condem- 100
natione non reperitur expreſſum, cenſetur
omiſſum, vide quæ latè diximus ſuprà hoc
lib. cap.8. num.51. & ſeqq. & quæ hoc c.
in princ.

Quod & eo corroboratur, namque fru- 101
ctus longè diſtãt ab ipſa re, imò diuerſo iure
cenſentur,probat text. in l. in ædibus.§.ex re-
bus. ff. de donatio. ſed cùm ſententia nihil
de fructibus diſponat, ſequitur, vt ad eos
tanquam rem diuerſam non extendatur.
l. fi. ff. de calumniator. l. in agris ff. de acquir.
rerum dominio.

Inſuper & pro hac parte expendo text.
(qui in propoſito videtur expreſſus) in l. ex
diuerſo 36.§.vbi.ff. de rei vindicat. cuius verba
ſunt: Vbi autem alienum fundum petij, &
iudex ſententia declarauit meum eſſe, de-
bet etiam de fructibus poſſeſſorem con-
demnare. eodem enim errore, & de fructi-
bus condemnaturum; non debet enim lu-
cro poſſeſſoris cedere fructus; cùm victus
ſit, alioquin, (vt Martianus ait) nec rem
arbitrabitur iudex, mihi reſtitui, & quare
habeat, quòd non eſſet habiturus poſſeſſor,
ſi ſtatim mihi poſſeſſionem reſtituiſſet, &c.)
ex quo quidem text. (vt vides) conſtat con-
demnaſſe iudicem ad rei reſtitutionem, ibi,
iudex mihi reſtitui, &c.)& tamen dicit text.
quòd debet facere fructuum condemnatio-
nem, ibi, & de fructibus condemnaturum,)
& ibi, debet etiam de fructibus poſſeſſorem
condemnare, &c.) ergo manifeſtè ſequitur,
quòd non intelligitur tacitè de illis con-
demnatus, quantumuis vſus fuerit iudex
verbo, reſtituere, &c. & illos ſubintelligens
exequutor videbitur excedere.

Sed nihilominus his nõ obſtantibus,con- 102
trarium in re hac eſt defendendum, imò vt
exequutor non excedat huiuſmodi fru-
ctuum compulſionem faciens, etiamſi de
illis in ſententia expreſſa mentio facta non
ſit. quia cùm res iubetur reſtitui, tacitè de
fructibus intelligitur facta condemnatio,
his tamen caſibus, in quibus aliàs ad illo-
rum præſtationem, & reſtitutionem con-
demna

demnatus tenebatur; quam ſententiam, &
opinionem à pluribus tentam eſſe, reperio,
ſequutis Bal. authorem illius, qui in rubr.
C. de fructibus & liti. expenſ.docet num.1. ſe-
cundùm gl. ibi dicentem, quòd de fructi-
bus debet fieri in ſententia mentio, quam
intelligit, & declarat, quòd ſufficiat fieri
condemnatio rei,per verbum(reſtituas)quia
tunc tacitè intelligitur fructuum facta con-
demnatio, per quem etiam idem adnotauit
Iſſ. (qui dicit perpetuò ac diligenter notabi-
le)in §.omnium.inſti.de actio. in fi. & idem Iſſ.
in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.67.ff. de libe.
& poſthu. & idem voluit ipſe Bald. cuius Iſſ.
non meminit in conſ.504. arbiter & arbitra-
tor.colu.2.verſ.modo quæritur. lib.5. Tiraquell.
in repeti.l.ſi vnquam.verb.reuertatur.ſub n.224.
C.de reuocan.donatio.Bertach. in reperto. verbo,
condemnatus. num.50.ad medium, dicentes ex
eodem Bal. quòd in ſententia, quæ reum
condemnat ad rem actori reſtituendam;
oportere fructuum eiuſdem rei mentionem
fieri, niſi iudex vtatur hoc verbo (reſtitu-
tuere) nam tunc ſatis eſſe dicunt, cum om-
nino fructus in reſtitutionem rei veniant ex
eadem ſententia, licèt aliter id expreſſum
non ſit, ſequitur etiam Couarr. lib.1. variar.
reſolutio. cap.3. num.1. latè Seſe deciſ.126. à
num.3. cum ſeqq. Caual. deciſ.14. num.2. p.1.
Surd. deciſ.212. num.12. Landerch. conſ.99.
103 num.8. & 9. Giur. deciſ.89. num.8. vbi quòd
res ideo non dicitur reſtituta, dum fructus
etiam non reſtituuntur ſecundùm Deci.
conſ.52. num.10.plurimos citat Giur.deciſ.65.
per totam, & Mieres in tract.de maio.3.p.q.26.
num.41. in nouiori impreſſione. & conducunt
quæ optimè noſtras Ioan. Garcia de expenſ.
104 & meliora. cap.23. num.55. dum dicit, quòd
de iuris rigore ſemper fructus veniunt in re-
ſtitutione rei,quantum attinet ad propriam,
& genuinam naturam reſtitutionis, alle-
gans ad id Bal.in d.rub.C.de fruct.& litium ex-
105 penſ. quæ reſolutio omnino admittenda, &
intelligenda eſt (prout diximus) quando
aliàs ex natura actionis, & de iure veniunt,
& debebantur fructus, non aliter, ita vltra
ſupra citatos Doctores tenent Bal. in rubr.
de fructi.& litium expenſ. Surd.conſ.293.n.16.
Menoch. conſ.1173. num.14. Landerch. d.
conſ.99.n.9. Giurba d. deciſ.89. n.26. & vide
infrà n.113.

106 Ratio autem,quæ mouit Bal.& ſequaces,
elegans quidem eſt, nam verbum (reſtitue-
re,) quo iudex in ſententia vtitur, plenam
habet ſignificationem,fructus quoque com-
prehendens, cuius propria virtus, & genui-
na natura ex vi & potentia illius, fructuum
condemnationem inducit, ac ſi verbaliter
exprimerentur in ea.text. eſt in l. in condem-
natione 134.§.1.ibi,cùm verbum(reſtituas) in
lege inuenitur: etſi non ſpecialiter de fru-
ctibus additum eſt, tamen etiam fructus
ſunt reſtituendi, &c.) ff. de regul. iur. text. in
l.videamus la 2.38.§.in Fabiana.ibi, in Fabia-
na quoque actione,& Publiciana,per quam,
quæ in fraudem creditorum alienata ſunt,
reuocantur: fructus reſtituuntur. nam Præ-
tor id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi
nihil alienatum eſſet; quod non eſt ini-
quum. nam & verbum (reſtituas) quod in
hanc rem Prætor dixit, plenam habet ſigni- 107
ficationem, vt fructus quoque reſtituantur.
& ideo cùm reſtitui Prætor vult, veluti in-
terdicto vnde vi, etiam fructus ſunt reſti-
tuendi; &c.)ff. de vſuris. & gl. in margine ibi
poſita verbo, ſignificationem, addit, plenam,
& perfectam habet ſignificationem,per tex.
in c.nullus poteſt.cum ſeq.1.quæſt.2. tex. in c. ac-
cedens, vt lite non conteſtata. text. in l. ſi. ff. de
verbo.ſigni.l.domum.C. de rei vindicatione. Ar-
chidia.referens Gofred.in c ſi exiſtens.in ver-
bo,integerrimo.3.quæſt.2.& in c.quia ſæpe.& ibi
Ioan.Andr. colu.2.in verbo, plenè, in nouell. &
Domini.etiam colu.2.verſ.quæro an ſi non fuiſ-
ſet, de electione lib.6. cum ſimilibus. Andreas
Tiraq. in repeti.l.ſi vnquam. verbo, reuertatur,
num.224. in fine. Iſſ. in l.Gallus. §. & quid ſi
tantum.num.69.de liber. & poſthu.Decius in l.
in condemnatio. §. cum verbum. de regul. iur.
Couar.lib.1.variar.reſolutio.cap.3.num.1.& 2.
Marſil. ſingula.17. & ex propria vi,ſignifica-
tione, & virtute,pariter & damna reſtituun-
tur, vt latè & doctè explicat Lucas de Peña.
in l. ſi coloni. quæſt.90. C. de agricol. & cenſitis
lib.11.Menoch.de recuper.poſſ.rem.1.ſub num.6.
& probat text. in l.1. §. qui autem vi. de qua
quæſtione vide latè quæ diximus inferiùs
ad finem huius cap.à n.181.& ſeqq.

Nam reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum 108
repoſitio, ſeu redintegratio. quod ſi minor. §.
reſtitutio.ff.de minor.l.reſtituere.ff.de verb.ſignif.
l.præterea.ff.de rei vindicatio.l.Iulian.§.1.eodem
tit.l.cum fundus.ff.ſi certum petatur.gl.in l.ſed &
ſi.ff. de petit.hæred.ſimilis gloſ.ſed & partus ff.
quod metus cauſa.& ibi Angel.quę ſignificatio
etiã in materia ſtricta operatur,vt ad reſpon-
ſionem argumentorũ inferiùs probabimus.

Iſthæc igitur eſt iuris interpretatio. text. 109
in d. l. fi. §. fi. ibi, reſtituit, non tantùm qui
corpus, ſed etiam quiomnem rem, condi-
tionémque reddita cauſa præſtat, & tota re-
ſtitutio iuris interpretatio eſt.) ff. de verbor.
ſignif.& ſic eadem in ſententia rem reſtitue-
re mandante attendenda eſt, maximè quia
verba ſententiæ ad iuris intellectum ſunt
reducenda. l. miles. §. qui iudicat ff. de re iudi.
& ibi Caſtrenſ. B. in l. ſi fund. §. in venditione
verſ. nota ff. de pignoribus. Cæpol. conſ.57. duo

fratres num.5.in conſilijs. Alexan.conſ.46.circa
prin.n.2.lib.5.Paul.de Caſtro cōſ.270. n.2.lib.
2.Socin. conſ.134.colu.2.in prin.lib.1.& verba
iudicis debent intelligi ſecundùm mentem
iuris. c.cauſam.de reſcrip.l.ſi ſtipulatus in prin.ff.
de vſuris.l. Gallus. §. quidam rectè.ff. de lib. &
112 poſth.Alex.conſ.2.lib.3.n.2.& magis menti iu-
dicis, quàm cortici verborum eſt inhæren-
dum. Bal. in l.1.in 1.oppoſitione.C.de nego.geſt.
Decius conſ.43. pro tenui.colu. fi. in prin. Car-
di.Tuſ.practi.concluſio.tom.7.litera S.concl.126.
num.12.

113 Et hac ſic fulcita opinione retenta, vt
exequutor non excedat ſi hoc caſu compel-
lat condemnatum ad fructuum reſtitutio-
nem, ſimul cum ipſa re, ad cuius reſtitutio-
nem eſt condēnatus, licèt de fructibus nulla
in ſententia mentio fiat: eam tamen velim,
vt limites ſeu declares, vt procedat & lo-
cum habeat in his tantùm caſibus, in qui-
bus aliàs ſecundùm iuris diſpoſitionem fru-
ctus veniunt, ac præſtari mandantur, non
aliàs, ita in terminis hanc declarationem
ſcribunt omnes ferè citati Doctores, prout
expreſsè Bal. in d. rubr.de fructi. & litium ex-
penſis. Sequitur Bertach in reperto.verbo,con-
demnat.ſub num.50. Iſſ.in d.§.omnium.& in d.
§.& quid ſi tantum & ex fundo.Menoch.Lan-
derch. Giur. vt dixi à n.105. ſuperiùs, & fa-
ciunt quæ eleganter ſcribit noſtras Ioan.
Gar. vbi ſuprà de expenſ.cap.23.num.55. dum
dicit, quòd licèt de iuris rigore ſemper fru-
ctus veniebant in reſtitutione rei, attenta
propria natura reſtitutionis, cùm hic ſit
iuris rigor, & reſtitutionis natura, hócque
poſſit iuris ratio; tamen æquitate ſuadente
conſtitutum eſt, vt bonæ fidei poſſeſſor fru-
ctus induſtriales ſuos faceret pro cultura,
opera, & diligentia ſua §.ſi quis à non domin.
inſtitu. de rerum diuiſione.ibi, naturali ratione
placuit,&c.)l.in bonæ fidei.ff.de acquiren.rerum
domin. vt & ibi latiùs proſequitur, & per to-
tum cap.23.

114 Et licèt in noſtra principali reſolutione
Couarr. vbi ſuprà d.lib.1.cap.3. ſub num.1. po-
nat difficultatem dicens raró, aut difficilli-
mè in praxi poſſe admitti, cùm iudices ſem-
per in ſententiis fructuum mentionem fa-
ciant, tamen vtilem dicit ex eo, quòd licèt
in fructibus, qui proueniunt poſt litem con-
teſtatam legitimè factam, non eſt neceſſaria
petitio eorum expreſſa, quaſi petita re, pe-
titi quoque hi fructus ſatis intelligantur, &
ſic res cū his fructibus eſt reſtituenda acto-
ri.l.ædiles.§.ſciendum.ff. de ædilitio edicto l. præ-
terea ff. de rei vindicatione l. qui reſtituere.ff.eo-
dem tit. §. etſi in rem. inſtitu. de officio iudicis.
Doctores in c.grauis. de reſtitu.ſpoliato. Faber
in d.§. & ſi in rem.gl.magna in c.cùm Eccleſia.
de cauſa poſſ.& proprie.Ioan.Gar.de expen.c.23.
ſub num.55.poſt prin. Boërius deciſ.18. infe-
rens ex hoc Couarr. vbi proximè ſub num.1.
verſ.his igitur.Oportere iudicem horum fru-
ctuum perceptorum lite pendente mentio-
nem facere expreſſam, vel tacitam, ſcilicet;
iubendo ipſi reo, vt actori rem iudicatam
reſtituat, cùm idem importet expreſſa fru-
ctuum mentio, quòd verbum (reſtituere)
in ſententia poſitum ex ſupradictis. vt ſecus
ſit (dicit ipſe Couar. ibi) in aliis fructibus
perceptis ante litem cōteſtatam, quia requi- 115
ritur eorum expreſſa petitio, & expreſſa in
ſententia actori eorum adiudicatio, iuxta
notata in l.ſi rem.ff. de rei vindi. Ferrar. in
pract. tit. de actione in rem. verſ. cum ſimul fru-
ctibus. Boeri. deciſ.18. quod ego veriſſimum
intelligo, reſpectu expreſſæ petitionis, quia
ad hoc, vt intelligantur etiam tacitè deduci,
& ſubintelligi in ſententia, requiritur ex-
preſſa petitio eorum, & vt in iudicium de-
ducatur, iuxta ea, quæ exactiſſimè proba-
uimus ſuprà hoc cap. num.33.& ſeqq. verſ.
ex his deciſionibus Rotæ, &c. quæ vide
omnino.

At verò quantum attinet, vt in ſententia 116
expreſſa fiat eorum mentio;intellige, quan-
do aliter actor declaratur rei dominus, non
verò quando in ea iudex vtitur hoc verbo,
(reſtituere;)quoniam tunc ſufficiat,cùm ex-
preſſum in ſententia intelligatur. Vera ſi-
quidem iuris eſt regula, quòd quando ſen-
tentia ſupponit, & ſubintelligit aliquid ne-
ceſſarium, videatur illud exprimere, ad
paria namque iudicantur, aliquid eſſe ex- 117
preſſum, & neceſſarium ſupponi, aut ſub-
intelligi, vt per Paul. Caſtren. in l.1. num.1.
C. quando prouo. non eſt neceſſe. optimè lo-
quendo in ſententia, probat poſt alios Oza-
ſcus deciſ. Pedemon. 64. num.2. Cardi. Tuſc.
practicar.conclu.tom.7.litera S.concl.122.num.4.
Et quia nulla datur diuerſitatis ratio inter 118
hunc, & primum caſum, nam ſi ipſe Couar.
dicit, in priori caſu debere fieri expreſſam
fructuum mentionem in ſententia, vel iu-
bere reſtitui rem actori, ergo neceſſariò
ſupponit, vt verbum(reſtituere)æquipolleat
expreſſæ, & ſpecificæ mentioni, & ſic idem
eſt ius ſtatuendum in ſecundo caſu ex iden-
titate rationis. Deinde, quia foret ſatis re-
ſtringere, imò violare propriam, veram, &
genuinam naturam verbi (reſtituere) quod
amplam, imò ampliſſimam habere ſignifi-
cationem ſuprà latè probauimus, cùm ea
iuris ſit interpretatio, & ſignificatio, ſi- 119
quidem non aliter à ſignificatione verbo-
rum recedi oportet, quàm cùm manife-
ſtum ſit, aliud ſenſiſſe diſponentem. l. non
aliter.ff.de legatis 3.

Quibus ſic ſuppoſitis, reſtat ſatisfacere
ad ea omnia, quæ pro contraria parte con-
ſiderauimus. Et ad primum, vt cùm ſenten-
tia ſit ſtricti iuris, ſtrictam recipit interpreta-
tionem, & tantum diſponit, quantum lo-
quitur, cum ſimilibus: reſpondetur ex pro-
120 pria, & vera ſignificatione huius verbi (re-
ſtituere) quod fructus comprehendit; nam
etiam in iis omnibus, quæ ſtrictam habent
interpretationem, admittenda ſemper eſt
propria verborum ſignificatio, text. eſt ele-
gans, vbi hoc adnotauit per illum Aretin.
in l. cum lege. ff. de teſtamen. Calder. conſ.1. de
conſanguinitate & affinitate, & conſ.7. de ver-
borum ſignifi. Decius in c. cum ordinem colu.2.
& in c. ſedes. de reſcript. idem Decius in l.2.
num.59.& in l.factum §.in pœnali. num.10. &
in l. ſemper in obſcuris num.11. ff. de regul. iur.
idem Decius optimè in c. at ſi clerici §.1. colu.
vlt.de iudicijs. Angel. in l.vlt.colu.2. ff. de con-
ſtitutio. principum. Ab. in c.ex parte.vlt.2.nota.
de decimis. Areti. in c.quidquid aſtringendæ.ff.
de verbor. Angel.in l. tale pactum.§.fin.colum.
1. circa medi. ff. de pactis. Couar. lib.3. variar.
cap.5. in fi. vbi poſtquam per totum c.diſcu-
tit, quid hæc dictio (maioratus) ex propria
vi, virtute, & ſignificatione, apud Hiſpanos
121 contineat; dixit vbi proximè; quòd vbi ex
verbis alicuius ſententię in iudicio latæ con-
ſtaret, & declaratum fuerit patrimonium
aliquod iure maioratus familiæ nomini, aut
alicui deferri, admittenda eſſe omnia dicta
per eum in illo capite, quæ proueniunt à
ſignificatione verbi (maioratus) quia licèt
ſententia ſit ſtricti iuris, non tamen exclu-
ditur propria verborum ſignificatio, non
enim à verborum ſignificatione receden-
dum eſt, iuxta text. in d. l. non aliter. ff. de le-
gat.3.facit etiam Rota nouiſ. deciſ.223.n.28.
122 dicens, quòd etiam ſi materia ſit odioſa, ver-
ba non propterea amittunt ſuam ſignifica-
tionem, quæ num.9.& num.15. dicit, vt ver-
ba vniuerſalia, & non reſtricta ad aliquid
123 limitatum, & certū, etiam in materia odioſa,
retinent propriam ſignificationem, ex Cal-
deri. in d.conſ.1.de conſang. & affinit.& Areti.
in d.l.cum lege.tenēt etiam Aymon.poſt Cor-
neum, & alios, conſ.18.num.12. cum ſeqq.Re-
buf. in praxi de differen.inter reſcr. & priu.n.8.
Doctores in l.ſi deſerta C.de tranſactioni.

124 Et hinc eſt, vt ex verbis ſententiæ non
poſſumus aliquid inferre, niſi quatenus ex
vi verborum de neceſſitate infertur, & ſub-
intelligitur. Bar. in l.Iulianus. ff. de condictio-
ne indebiti. Decius conſ.322. incipit viſis con-
ſilijs. in prin. Aymon. de antiquit. tempor.4.p.
§.1. incipit tranſeo num.64. & 65. Rota no-
uiſſi.in vna Atenſien.ſedis 2.Decemb.1588.
teſte Farina. quæ eſt inter recollectas per
eum 864. fol. mihi 478. Ozaſcus deciſ. Pede-
mon.64.à num.2. & ita etiam intelligendum,
quod per Alexan. conſ.108. num.2. volu.5.
Decium, vtrumque Curtium, Iſſ. Ripam,
& alios, dicit Petr.Surd. deciſ.2012. num.13.
quòd ſententia eſt ſtricti iuris, & vltra non 125
extenditur, quàm importet verborum ſo-
nus, Rota in deciſ. nouiſ.317.p.2. diuerſo. So-
cin. conſ.181.num.6.& 97.

Nam verba ſemper recipiunt interpreta- 126
tionem, ac intelliguntur ſecundùm natu-
ram rei, & ſubiectam materiam. Bal. conſ.
182.num.6.lib.1. Rolan.à Valle conſ.62.n.23.
lib.1. Cephal. conſ.138. num.6. lib.1. vbi am-
pliat, quamuis actus periret, Soci. in l.vbi eſt
verbor.in 5.notabi.ff. de conditio.& demonſtrat.
poſt Bar.in l.cùm ſenatus ff.eodem tit. Aymon.
conſ.288. colu. ante fi. verſ. imò quando verba
num.3.Iſſ. in l. quoties. ff. de verbor. obliga.de-
béntque intelligi, & interpretari verba ſe- 127
cundùm naturam rei, & ſecundùm diſpo-
ſitionem iuris. Natta pluribus ſimili. com-
probans, conſ.416. num.5. Tiraquel.in l. ſi vn-
quam. in fi. num.1. vſque ad 10. C. de reuocan.
donatio. Petrus Surd. conſ.522. num.12. lib.4.
imò ob ſubiectam materiam verba impro-
priantur, ſupplentur, & alterantur, etiam ſi 128
ſint prægnantia, & etiam ſi ſimus in materia
ſtrictæ interpretationis, latè idem Tiraquell.
in l.ſi vnquam.verbo, reuertatur.num.37.& 38.
Euerard. in loco ab ſubiecta materia, & facit
quod ſcribit Gozadin. conſ.73. num.13. verſ.
non obſtat. & num.14.& 15. Rota nouiſ. deciſ.
39.num.9.p.2.diuerſor.

Prout etiam in ſtatutis (quæ ſunt ſtricti 129
iuris) etiam verba generaliter prolata reci-
piunt interpretationem legalem. Bal. conſ.
67. quia ex facto oritur. colu.1. in fi. & verſ. nec
obſtat ſi dicatur lib.3. Iſſ. in l.fideiuſſor. §. prætor
ait.in fi.num.7. ff. qui ſatiſda. cogan. Tiraquel.
de retract.conuentio.gl.2. §.1. num.9. in fi. verſ.
nam & hæc dictio. Gratia. in diſceptatio. foren.1.
tom.cap.168. num.14. Nec obſtat illud aliud,
quod ibi diximus, quòd cùm fructus non
ſint in ſententia expreſſi, cenſeantur omiſſi,
quia reſpondetur, ſatis expreſſum dici, quod 130
virtualiter, & neceſſariò ex verborum pro-
pria ſignificatione in ſententia continetur,
vt dicetur in quæſt.ſeq. ad reſponſionem ar-
gumentorum, à num.150.cum ſequentibus,
vbi plures congeſſimus doctrinas, & ſurſum
à num.21.

Sed vltimum nec obſtat magis difficile, 131
ex l. ex diuerſo 36. §. vbi ff. de rei vindicatione,
quam pro contrario noſtræ doctrinæ & opi-
nionis adduxit Bertach. vbi ſuprà d. verb.
condemnatus num.50. ad medium, ſed non illi
ſatisfacit. ego autem reſpondeo, quòd in illo
text. ſententia non fuit lata per verbum (re-

ſtituas,) nec in illa eius mentio à iudice fa-
cta fuit, ſed tantùm declarauit actorem ve-
rum rei petitæ dominum, vt conſtat ex eo-
dem text. *ibi*, & iudex ſententia declarauit
meum eſſe, *&c.*) & nihil mirum, vt addan-
tur alia verba, quæ immediatè ſequuntur,
ibi (debet etiam, de fructibus condemnare
poſſeſſorem, *&c.*) vt ſecus fieret, ſi iudex
verbo (reſtituas) vteretur. nec obſtant alia
verba in fine poſita ibi, alioquin (vt Martia-
nus ait) nec rem arbitrabitur iudex mihi re-
ſtitui, *&c.*) quæ cùm videantur referri ad
principium, ſcilicet; ad ſententiam iudicis;
demonſtrant, verbo (reſtitui) vſum fuiſſe
iudicem in ſententia, cui dupliciter reſpon-
detur, primò vt hæc vltima verba non reſpi-
ciunt ipſam ſententiam, quia clarè ex ea pa-
tet, vt conſultus refert, in ea non fuiſſe ap-
poſita; ſed reſpiciunt eiuſdem ſententiæ exe-
132 cutionem, ſole reddam clarius. eſt enim cer-
ti, & manifeſti iuris; vt in actione reali, &
ſimilibus ſatis eſſe, actorem per ſententiam
iudicis, dominum rei petitæ declarari, *l.
Pomponi.* §. *ſed & his ff. de procurato.* vbi B. *&
licet l. nec vllam ff. de peti. hæred. l. ſicuti* §. *ſi quæ-
ratur ff. ſi ſeruitus vindicetur*, & etiã *ex ead. l. ex
diuerſo. in eodem* §. *vbi*, & ibi etiam notat B.
lata igitur hac ſententia, ad illius executio-
nem iudex iubere debet proprio præcepto
ipſi reo, vt rem actori reſtituat, vt *in l. qui re-
ſtituere. ff. de rei vindicatio.* ipſe Iureconſult.
ſentit, & poſt eum Accurſius, & alij ibi, &
idem probatur *in* §. *etſi in rem inſtitu. de off. iu-
dicis.* eleganter valde Couar. *in lib.* 1. *variar.
reſolutio. cap.* 3. *ſub num.* 1. *poſt medium*, & ſic
ſequitur manifeſtè, quòd illa verba poſita
in fi. d. §. *vbi*, ibi, nec rem arbitrabitur iudex,
mihi reſtitui, *&c.*) reſpiciunt executionem
dumtaxat, & probant ſimilia, quibus in idem
vtitur conſultus *in modò citata l. qui reſtituere*
ibi, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtitui-
tur, *&c.*)
133 Secundò etiam & rectè poteſt reſponde-
ri, quia licèt illa verba referantur, ſeu reſpi-
ciant iudicis ſententiam, non referuntur
tanquã in ea appoſita expreſsè, ſed tanquam
neceſſariò ſuppoſita, & tanquam tacitè, ac
virtualiter ſubintellecta in illa, habet enim
annexam condemnationem in ſe ad dimit-
tendam rem, ita vt poſſint poſſeſſores, cum
quibus iſthæc declaratio facta eſt, per viam
brachij militaris expelli, ac ſi eſſent expreſ-
sè, & ſpecificè condemnati, ad illam dimit-
tendam, reſtituendam, & tradendam. opti-
mè, & latè Paul. Caſtr. *conſ.* 275. *à prin. lib.* 2.
Corneus *conſ.* 302. *licèt in propoſitione lib.* 3.
idem Corneus *conſ.* 220. *lib.* 2. *poſt prin.* & ite-
rum *conſ.* 262. *pro euidentia lib.* 4. Cardin. Tuſ.
practicar. conclu. tomo 7. *litera S. concl.* 122. *n.* 5.
idem tenet Aymon. *conſ.* 79. *num.* 4. poſt alios
loquens in ſententia declarante dumtaxat
bona eſſe hypothecata actori hypotheca- 134
riam intentanti, quia licèt aliter non ex-
primatur in ea, cenſetur condemnari reum,
ad illam relaxandam, ſequitur Cardi. Tuſc.
vbi proximè num. 7. *concl.* 129. *num.* 14. licèt
contrarium teneat Alexan. *conſ.* 108. *viſo pro-
ceſſu colu.* 1. *lib.* 5. noſtram etiam concluſio-
nem tenet Paul. Caſtren. *d. conſ.* 275. *ad pri-
mum in prin.* vbi latè proſequitur, & addu-
cit plura exempla, inter quæ, & illud, quòd
ſi quis ſententia declaratur debitor alicuius 135
ex cauſa mutui, virtualiter cenſetur con-
demnatus ad reſtituendam quantitatem de-
bitam. Tuſcus Cardin. *d. concl.* 122. *num.* 9. *&
eadem litera S. concl.* 126. *num.* 117.
Hinc ſententia, quæ declarat, in aliquem 136
tranſlatam eſſe poſſeſſionem ex tali tempo-
re, ab illo videtur per neceſſariam conſe-
quentiam ad fructus condemnare, etiam ſi
de illis mentio non fiet. Paz *tra. de tenut.* 2. *p.
cap.* 73. *num.* 3.
Hinc ſententia, per quam declaratur, ali- 137
quid deberi ſimpliciter, licèt non contineat
expreſſam condemnationem, tacitè tamen
intelligitur, Corneus *conſ.* 302. *numero* 6.
colu. 3. *fol.* 265. *& conſ.* 220. *num.* 3. *fol.* 221.
volu. 2.
Nam ex quo iudex declarat actorem ve- 138
rum rei dominum dumtaxat, neceſſariò ſup-
ponit, vt reus illam domino debeat reſtitue-
re, vt probant eadem iura, & authoritates
modò citatæ, quia quando ſententia aliquid
neceſſariò ſupponit, ad illud ſe extendit,
quia dicitur in ea expreſſum. latè diximus
ſuprà hoc c. num. 21. & magis in noſtro pro-
poſito. facit elegans Pedemon. deciſ. 64.
Ozaſci *per totam*, vbi læſo emptori rei agenti
ex remedio *l.* 2. *C. de reſci.* mandatum fuit per
ſententiam, vt venditor pretium receptum
reſtituat, non autem fuit condemnatus actor
ad rei reſtitutionem venditori, nihilominus
iure ibi probatur, ac fuit declaratum, id ta-
citè ſupponendum eſſe, & ſubintelligẽdum
in ſententia, de qua deciſ. nos ſuprà num. 40.
quod iterum ex eo corroboratur, quoniam
quando ſententia condemnatur quis ad re-
ſtitutionem bonorum, refectis melioramen- 139
tis, licèt ſit incerta, cùm non dicat per quem
ſint reficienda; tamen intelligitur, per eum
cui bona ſunt reſtituenda, quia ita iuris in-
tellectus ſuadet, Paul. Caſtr. *conſ.* 270. *in prin.
lib.* 2. Cardi. Tuſ. *practi. conclu. tom.* 7. *litera S.
concl.* 126. *num.* 15. & ita interpretor, & intel-
ligo illum text. *in d.* §. *vbi*, quæ interpretatio
eſt menti commendanda, quæ illi rectè qua-
drat, quia illud verbum (reſtitui) non retu-
lit conſultus ibi tanquam expreſſum per iu-
dicem

dicem in ſententia, ſed tanquam tacitè ſub-
intellectum à iudice, & à iure, alia autem &
valde vtilia hãc quæſtionẽ tangentia videre
poteris infrà c. 14. verſ. nunc autẽ quæri po-
teſt an exceſſus repoſitio, *&c.* n. 136. cum plu-
ribus ſeqq. quare concludendum eſt vt exe-
cutor ad rei reſtitutionẽ datus, non excedat,
ſi rei fructus reſtituere cõpellat, quamuis de
eis in ſentẽtia expreſſa non ſit facta mentio.
140 Rurſus quæri poteſt, an exequutor exe-
cutorialium, quibus quis condemnatus eſt,
ad reddendam rationem adminiſtrationis
ab eo geſtæ, excedat, ſi facta calculatione
illas extendat ad reliquorum ſolutionem, &
compulſionem, illáſque in eo, quod liqui-
datum deberi, conſtat, exequendo, ſi nihil
de reliquorum ſolutione ſit in executoria-
libus dictum, nec expreſſum, abſque noua
ſententia. In quo quòd excedat, probatur,
quoniam hic actus reddendi rationem duo
141 continet capitula ſeparata, ſcilicet ratio-
nem reddere, & reliqua ſoluere, *l. cum ſeruus
ff. de conditio. & demonſtra.* Afflict. *deciſ.* 157.
num. 4. Aymon. *conſ.* 231. *num.* 14. ergo ſuc-
cedit regul. *l. Papinianus exuli. ff. de minorib.*
& vt à ſeparatis non fiat illatio, nec fieri
debeat hoc argumentum; quis eſt condem-
natus, ad rationem reddendam, ergo cen-
ſetur condemnatus, nec ſententia debet ex-
tendi cùm ſit ſtricti iuris, ex iis, quæ ſuprà
latiùs diximus.
142 Sed contrarium imò quòd non excedat,
dicendum venit, ex eo namque ſolo, quòd
quis ad reddendum rationem fuit condem-
natus virtualiter, & ex neceſſaria conſe-
quentia, etiam cenſetur condemnatus ad
reliquorum reſtitutionem, & ſolutionem,
nullo alio adminiculo interueniente, nec
alia noua iudicis ſententia expectata, ita
probat tex. elegans *in l. quamuis ff. de conditio.
& demonſtratio.* ibi, itaque cùm ſeruo ſub
hac conditione libertas detur, ſi rationes
reddiderit, non hanc ſolam ſignificationem
habet, ſi cautiones, inſtrumentáque omnia
actus ſui exhibuerit hæredi; ſed & ſi reliqua
ſoluerit, *&c.*) per quem text. ita in ter-
minis deciſum fuiſſe in Senatu Neapoli. te-
ſtatur, & probat Matthæus de Afflict. *in
deciſ.* 157. *num.* 2. Azebedi. alios referens *in
l.* 22. *tit.* 6. *lib.* 3. *recopila. num.* 9. Eſcobar *de ra-
tiociniјs cap.* 33. *num.* 19. & vt veriſſimam ſen-
tentiam celebrat Damaude. *in tract. de tu-
tore cap.* 7. *num.* 13. *fol.* 57. deciſ. Genuenſ. 209.
num. 2. vbi refert ita etiam in Genuenſi Se-
natu pronunciatum fuiſſe, & cum Afflict.
vbi proximè hanc concluſionem ſequitur
Cardinal. Tuſc. *practicar. conclu. tomo* 7. *litera
S. concl.* 129. *num.* 16. & iterum *tom.* 1. *litera A.
concl.* 210. *à prin.* & iterum ipſe Franciſ. Mu-
ños de Eſcob. *in tract. de ratiociniјs* (qui lo-
quitur in executore cartæ executoriæ) *c.* 31.
à num. 10. vbi etiam latiùs diſputat, an iure
Regio teneatur exequutor, priuſquàm exe-
quatur, hoc reliquatum vulgò (*alcance*) di- 143
ctum, debeat ipſe rationes, & computa con-
firmare; In quo diſtinguit inter executo-
rem mixtum, vt cùm iſte aliqualem ſal-
tim ſummariam cognitionem habeat, ſit
mixtus reſpectu calculationis, & liquida-
tionis ſententiæ, ideo ipſe poterit confir-
mare; & tenebitur, quamuis ſi confirma- 144
tionem omiſerit, nihilominus ſuprema tri-
bunalia de ea non curant, ad effectum an-
nullandi executionem, ſed demum de me-
ritis cuiuſlibet capituli, ac de eius iuſtitia,
vel iniuſtitia tractatur, & confirmando, vel
reuocando grauamina, cauſa terminatur,
prout de quotidiana praxi teſtatur, quid-
quid in contrarium cenſeat Gutier. *in practi.
quæſ. c.* 37. *n. fi.*
Si verò in ſententiæ executorialibus hoc 145
ſit etiam additum, vt quidquid liquidaue-
rit exequatur, alia approbatio, ſeu confir-
matio neceſſaria non eſt, ſiquidem poſt fa-
ctam liquidationem exequendo in reliqua-
to adimplet, (prout tenetur) ſuam commiſ-
ſionem. Idem etiam dicit ipſe Eſcobar ſi ſit 146
merus exequutor, cuius commiſſioni hoc
pariter addatur. quod quidem nullo modo
in noſtro caſu verificari poteſt, ſiquidem
exequutor ſententiæ, qui datus ad liquida-
tionem reliquatuum, non poſſit merus eſſe,
quia habet cauſæ cognitionem ſummariam,
cùm datus ſit ante omnem executionis 147
liquidatam materiam, de quo nos latiſſimè
diximus ſuprà hoc lib. 4. cap. 3. in prin. ex
n. 4. cum ſeqq.
Noſtra inſuper principalis reſolutio ex 148
eo comprobatur, quoniam condemnatus
per ſententiam ad ſoluendum, quod liqui-
dabitur per calculatores, aut peritum, po-
teſt exequi in illo, quod facto calculo liqui-
dum videbitur calculatori, & executori ex
eo, quia huiuſmodi articulus liquidationis
habet ſe vt incidens in executionem ſen-
tentiæ, cuius quidem naturam aſſumit,
cùm virtualiter in ſententia comprehen-
datur, & ideo liquidatum per calculatorem
mandabitur executioni, non ſecus ac ſi in
ipſa ſententia liquidatio expreſsè contine-
retur, latè comprobant Ozaſcus *in deciſ. Pe-
demon.* 129. *per totam.* & de veriori opinione
teſtatur poſt diſputationem Muñoz *de ra-
tiociniјs c.* 33. *num.* 20. quem referens, etiam
ſequitur Gratianus *in diſceptatio. foren. c.* 183.
tom. 1. Ex quibus proculdubio tenendum
cenſeo, quòd hoc caſu noſtræ quæſtionis,
reliqua via executiua virtute ſententiæ,
qua

qua quis ſimpliciter fuit ad reddendam ra-
tionem condemnatus, agere, & condemna-
tum compellere,cùm condemnatio ſolutio-
nis reliquorũ virtualiter, & de natura ipſius
condemnationis pariter venire dicatur.

149 Nec his obſtant in contrarium adducta,
nempe; cùm ſententia ſit ſtricti iuris, non
debeat fieri lata interpretatio, maximè in
ſeparatis, cùm non ſit in ſententia hoc ex-
preſſum. quia reſpondetur, hoc eſſe ſatis in
ea expreſſum, ſiquidem propria eorum ver-
borum ſignificatio, vis, ac natura hoc idem
pâtiantur, & virtualiter comprehendunt,vt
probat text. *in d. l. quamuis*, ibi, ſi rationes
reddiderit, non hanc ſolam ſignificationem
habet, *&c.*) nam in ſententiis & aliis, quæ
ſtrictam interpretationem habent, ſemper
eſſe admittendam eam interpretationem,
quæ à propria verborum ſignificatione pro-
uenit, ſuperiùs probauimus *hoc cap. proximè
præcedenti quæſtione verſ.quibus ſic ſuppoſitis. à
num.*120. quia vittualiter comprehenditur
in ſententia.

150 Et inſuper quoniam ea, quæ virtualiter
in ſententia comprehenſa ſunt, habentur
pro ſcriptis in ea, *l.aſſe tota ff. de hæred.inſtit.*
Anton. Gom.*in l.*45. *Tauri ſub num.*139.*verſ.
item etiam quod virtualiter*, &c. etiam pro
expreſſis habentur, quãtumuis ſimus in ma-
151 teria ſtricta, & expreſſio requireretur pro
forma, pro quibus pariter ſententia exe-
quenda eſt, ita tenent Bal. *in l. poſt medium
verſ. idem facit ad quæſtionem. ff. de his quæ in
teſtam. delentur.* idem Bal. *in l.ad probationem
dominij* 21.*ad fi.verſ. ſed contrarium. C.de prob.*
Roderi. Xuarez *in repet. l. poſt rem iudica. ex-
tenſ.*2.*num.*2.*&* 3. Alexan. *conſ.*126.*repetitus
colu.*1.*num.*4.*lib.*6. Parlador.*lib.*2.*rerum quoti.
c.fi.p.*1.§.11. *amplia.*4. *n.*19. Eſcobar *in tract.
de ratiocinijs cap.*33.*num.*19.*in fi.*Petrus Surd.
*deciſ.*254.*num.*37.*vſque ad num* 40. & idem
Surd. *conſ.*143.*num.*20.*&* 21. *lib.*1. Corneus
*conſ.*55.*num.*17.*lib.*2. Gratian. *in diſceptatio.fo-
ren. cap.*323. *à num.*9. vbi teſtatur ita deter-
minaſſe Rotam Roma. in vna Romana ſub
Aſtaſio,20.Iunij 1597. & iterum in alia Ro-
mana dotis, 11. Februarij 1583. vbi num. 10.
dicit ex Corneo, quòd ſtatuto tribuẽte exe-
152 cutionem paratam inſtrumento,illam etiam
concedere, intelligitur reſpectu hypotheca-
riæ tam tacitæ, quàm expreſsæ, quæ in in-
ſtrumento continetur, voluit etiam Bal. *in
l. vbi adhuc.in repeti. num.*18. *colu.*4. *in fi.verſ.
aduerte C. de iure dotium.* idem Bal. *in d. l. ad
probatio.num.*21.*ad fi.* Barba. *in additio.ad eum
in verbo executioni.* latè declarat Alexan. *conſ.*
126.*num*7.*&* 8.*lib.*6.Barba *in l.cum acutiſsim.
C. de fideicommiſſ.* Aſin. *in praxi tit.de executi.*
§.9.*cap.*75. *num.*4. *fol.*299. Bal.Nouel.qui de
communi teſtatur *in tract. de dote priuil.*7.
*num.*2.*ad fi.p.*6. Neguſanti.*tract. de pigno.p.*2.
*memb.*4.*in fi. num.*167. Xuarez *in repeti.l. poſt
rem in declaratio.l.Reg.verſ.*2. *extende hanc leg.
num.*2. *ff. de re iudi. fol.*526. quoniam præ- 153
ſumptio ex inſtrumento elicita, dicitur te-
nor eius. *l. iuris gen.*§. *quod fere ff. de pact. l.*1.
ff. de vſuris. Gratian. *vbi proximè ſub num.*10.
Anto. Gom. *in l.*45. *Tauri ſub num.*139. di-
cens communiter hoc à Doctoribus teneri,
in d.§. *quod fere.* ea namque, quæ iuris intel-
lectu, & præſumptione inſtrumento inſunt,
dicuntur eſſe de tenore ipſius, Alexan. *conſ.*
126.*num.*4.*lib.*6.*& num.*5.& ibi additio *ver-
bo, de tenore*, plures adducit concordan.Car-
dinal. Tuſ. *litera Y. concl.*240. *num.*20. & ſic
licèt ſit ſeparatum rationem reddere, & re-
liqua ſoluere, tamen ſub verborum (ratio-
nem reddere) inuolucro, vtrumque ſignifi-
catur,ac virtualiter comprehenditur.

Ampliùs quæro, an executor executo- 154
rialium, quibus quis venit condemnatus,ad
reſtituendos certos modios tritici in ſpecie,
cùm tunc præciſè in ſpecie, ſcilicet, in triti-
co, & non in valore, ſeu æſtimatione eſt fa-
cienda executio, vt latiùs deduximus ſuprà
cap. 5. & in ſententia, ſeu executorialibus
bonitas, ſeu tritici qualitas expreſſa non ſit;
an excedet ſi compellat condemnatum, ad
præſtandum melius triticum. In quo illud
eſt dicendum, quòd victor, cui hæc eſt fa-
cienda reſtitutio, tenetur probare bonita-
tem, & qualitatem tritici mutuati, vel ſibi
aliàs debiti, quam ſi ille non probauerit,
tunc condemnatus obligationi, & iudicis
ſententiæ, & executorialibus ſatisfaciet,etiã
ſi viliſſimum triticum obtulerit, vel tradi-
derit.text. elegans *in l. fideiuſſore.aliàs ſi fide-
iuſſ.*52.*ff. manda.* ibi, ſine adiectione bonita-
tis tritici, *&c.*) & ibi, quodlibet triticum
dando liberari poſſe, exiſtimo, *&c.*) opti-
mè Eſcob. *tract. de ratiocinijs cap.*17. *num.*6.
& ſic hoc caſu excedet executor,ſi condem-
natum compulerit,aliud,& bonum triticum
præſtare.

Quod quidem limitat ibi ipſe Eſcobar 155
per text.iuncta gl. *in l.legato generali ff.de leg.*
1.*& in l.*23.*tit.*9.*p.*6. vbi Greg.*verbo ſemetian-
tes.*vbi ſcilicet,quis ex legati cauſa eſſet obli-
gatus,& cõdemnatus triticum pręſtare,quia
tunc non ſatisfit niſi ſaltim ex mediocri tri-
tico,ſolutionem faceret hęres.& quid etiam
de aliis rebus legatis, quæ habent terminos
à natura, vt equus, homo, & ſimilia, & ea
quæ facto hominis finem habere conſueue-
re,vt veſtis,vas,& ſimilia,vide apud eoſdem,
præcipuè Gregor.Lopez.

Et vlteriùs an executor datus ad execu- 156
tionem executorialium, quibus quis eſt cõ-
demnatus,

demnatus, vel in iudicio particulari rei vin-
dicatione, vel vniuerſali petitione hæredi-
tatis, aut bonorum poſſeſſione, ad reſtitu-
tionem rei, ſeu rerum, quas condemnatus
tempore litis motæ, & pendentis non poſ-
ſidebat, an excedat; ſi executoriales exe-
qui velit in re, vel rebus, quas poſt rem iu-
dicatam cœpit poſſidere condemnatus, &
ad eius poteſtatẽ nouiter deuenere, & quòd
excedat, videtur probari ex regul. *l. non po-
teſt ff. de iudicijs.* deinde ex eo, quòd in iu-
dicio vniuerſali petitione hæreditatis non
comprehenditur id, quod tempore ſenten-
157 tiæ cœptum eſt poſſideri. Hanc opinionem
defendunt Ab. & Feli. *in c.*2. *de libel. oblatio.*
ille *num.*25. iſte *num.*11. *verſ. ſexta concluſio.*
Alex. *in l. edita num.*10. & ibi Iſſ. *num.*12. *C.
de edendo*, ita declarantes *l.*4. *ff. de petitione
hæredi.* Inſuper & in iudicio vniuerſali bo-
norum poſſeſſionis idem eſſe dicendum, ex
identitate rationis, tenet Ripa *in l.*1. *in prin.
num.*10. *ff. quorum bonorum.*

158 Sed contrariam ſententiam, & opinio-
nem veriorem exiſtimo, imò quòd non ex-
cedat executor exequendo condemnatum
ad rei reſtitutionẽ, quam cœperit poſſidere
poſt rem iudicatam. ad quod moueor,quòd
quamuis reus conuentus non poſſideat, ta-
men ſi conſtat de iure agentis, iudex debet
declarare, quod res ſpectat ad actorem, ab-
ſoluendo reum, gl. *in l.ſi à te.*9.§. *ſi quis fun-
dum. in tertia lectura. ff. de exception. rei iudi.*
quo loci inquit Bar.illum text.eſſe aureis li-
teris ſcribendum, indicans huiuſmodi ſen-
tentiæ virtutem hanc eſſe, quòd ſi reus poſt
159 ſententiam, & rem iudicatam, qua declara-
tum fuit ad actorem pertinere, poterit con-
tra illum abſque nouo proceſſu fieri execu-
tio,idem etiam vltra B.affirmant Ab.& Feli.
*in c.examinata colu.*1.*annota.*2.*de iudicijs*, latè
etiam proſequitur Roland.à Valle *in conſ.*58.
*num.*8.*lib.*2. Iſſ. *in* § *omnium.num.*23.*inſtitu.de
actio.* cum aliis citatis, à Petro Surdo *conſ.*
227.*num.*18.*lib.*2.Gratian.*in diſceptatio. foren.*
160 *tom.*1.*cap.*78.*à num.*9. quod idem eſſe,probat
in bonorum poſſ. vltra quos etiam hæc do-
ctrina roboratur ex Aymon. Craue. *conſ.*60.
*num.*8. quem referens ſequitur etiam Car-
dina. Tuſc. *practicar. concluſio. tom.*7. *litera S.
concl.*108. *num.*66. & iterum *num.*70. dicen-
tes, quòd agens rei vindicatione, qui tene-
tur probare, ſe dominum eſſe, & reum poſ-
ſidere,ſi probat ſe dominum tantùm, & non
probauerit, reum poſſidere, poteſt à iudice
ferri ſententia ſuper dominio, quæ erit exe-
quenda ſtatim,cùm conſtiterit,illum cõuen-
tum,cœpiſſe poſſidere abſque alia ſententia,
ſeu nouo iudicio, quod & ampliat Bal. *in
rub. de ſenten. & re iudi. in decretali n.*6. quod
etiam poterit reum conuentum, & inuen-
tum non poſſidere tempore ſententiæ, ad
reſtitutionem bonorum, quandocumque il- 161
la recuperauerit, condemnare, ſequuntur
Surd. *vbi proximè d. num.*18. *verſ. fortiùs, &
in fi.* Gratia. *modò citato loco num.*13. intelli-
gentes hanc Bal. ampliationem, vt proce-
dat,quando actor ignorabat, reum non poſ-
ſidere, quam ignorãtiam in dubio præſumi.

Quod tamen mirabiliter declara, quia li- 162
cèt reus,cum quo iudicium actum fuit,non
poſſideat, non erit tamen abſoluendus ab
obſeruatione iudicij, prout nonnulli exiſti-
mauerunt, ſed pronuntiandum erit ſuper
iure actoris, vt dictum eſt, quæ pronuntia-
tio, eſt diffinitiua, cùm pronuntiatur illum
eſſe dominum, reus autem abſoluetur, non
ab obſeruatione iudicij, ſeu etiam non con-
demnabitur, quia non poſſidet, ſed vtilis
valde iudicatur huiuſmodi ſententia. quo-
niam quãdocumque rei poſſeſſio perueniat
ad manus illius conuenti, cogi poterit ex
vi huius iudicati ad eiuſdem rei reſtitutio-
nem, prout vltra prædictos in ſpecie docent
per gloſſ. *in d.l. ſi à te* §. *de exceptione rei iudi.
in* 3. *lectu.* Alberi. Paul. Caſtr. & Socin. ibi
idem notant Bal.& Salice. *in l.cogi.colu. vlt.C.
de petitio. hæred.* idem Paul. *in l. item viden-
dum* §.1. *ff. de repeti.hæred.* Alexan. *in l. ſi con-
ſtante* §. *vlt. ff. de peti. hæredi.* ſentit iterum
Bar.*in l.is qui deſtinauit.ff.de rei vind.* optimè
etiam Peregri. *in tract. de fideicommi. art.*45.
*num.*34. vbi aduertit, quòd hoc caſu tamen
actor in expenſis illius iudicij, vti temerè li- 163
tigans condemnabitur, cùm vſus non fuerit
iuris cautela, in explorando, & interrogan-
do reum,vtrùm poſſideat,ad text.*in l. qui pe-
titorio.ff. de rei vindi.*

Nec reus videbitur liti ſe obtuliſſe, quia 164
in ius vocatus ſe defendit,etiam quòd mali-
tioſè diſtulerit excipere, ſe non poſſidere,
ſicuti in ſpecie tradunt idem Paul. *in d.l. ſi à
te* §.1. Ab. & Feli. *ſuprà citato loco*,& latiſſimè
Rolan. à Valle *conſ.*56. *colu.*1. *quod aliàs eſt d.
conſilium* 58. Peregrin. *vbi proximè d. art.*45.
*ſub num.*34.

Et noſtræ principalis quæſtionis doctrinæ 165
rationem reddunt Iſſ. *in d.* §. *omni. num.*23.
inſti. de actio. cum aliis adductis à Petro Sur-
do *in d.conſ.*127.*num.*18. *d.lib.*2. Gratian. *di-
ſcepta.foren.d.cap.*78. *num.*12. *tom.*1. quia illa
ſentẽtia abſolutoria lata in fauorem rei con-
uenti non poſſidentis(dominio per actorem
legitimè probato) non priuat reum, cùm
tandiu abſolutus cenſeatur, quandiu non
poſſidet,vnde poſſeſſione ſuperueniẽte, vir-
tus ſententiæ eum afficit, & ex tunc incipit
effectum ſortiri, quo carebat durante cauſa
abſolutionis,& non ampliùs, quæ elegãs eſt.
Quibus

166 Quibus ita tentis non obſtant in contra-
rium adducta, quibus vno ictu reſponde-
tur, quòd etiam quando in iudicio petitio-
nis hæreditatis vna tantùm res ſingularis à
reo conuento poſſideatur, fuerit petita, re-
ceptior eſt, & magis communis opinio, ac
verior ſententia, vt cætera bona, quæ cœpta
ſunt poſſideri tempore ſententiæ, in ea peti-
tione venire intelligantur, cùm dum petit
hæres, ſeu bonorum poſſeſſor rem illam ab
alio poſſeſſam, ſibi vt hæredi, aut bonorum
poſſeſſori reſtitui in conſequentiam, petit,
& omnia quæ ab illo poſſiderentur, ita in
petitione hæreditatis probant, & affirmant
Butr. Barb. & Immol. *in cap.2. de libel. obla-
tione.* Fulgoſ. Riminal. Areti. & Socin. *in l.
edita C. de edendo*, & ibi Decius etiam *n.*25.
Alciat. & Curtius Iunior *num.* 64. Purpura.
*num.*25. & hanc eſſe veriorem & receptio-
rem teſtatur Couar. *practicar. quæſtio.cap.*12.
*num.*6. Menoch. *de adipiſ.poſſ.rem.*1.*quæſt.*16.
167 *à num.*70. vbi idem probat, omnino obſer-
uandum in bonorum poſſeſſione, ex iden-
titate rationis inter iudicium vniuerſale pe-
titionis hæreditatis, & iudicium pariter
vniuerſale bonorum poſſeſſionis, ex Ripa
*in l.*1. *in prin. num.*10. *ff. quor. bonor.* quem in
in hanc partem inclinat, & probant etiam
verba *d.l.*1. iuxta expoſitionem Dyni, & Ia-
cob. de Areti. quam ibi recenſet B. *num.*3.
verſ. hæc ſolutio.

168 Et in vtroque iudicio tam petitionis hæ-
reditatis, quàm bonorum poſſeſſionis per
Ripam & Menoch. probat etiam, & defen-
dit Peregri. *in tract. de fideicommi. art.*46.*n.*29.
quod in iudicio petitorio hæreditatis pro-
bat text. *in l.*4. *& l. ſi quo tempore. l. idem vi-
dendum § ſi qui ff. de petitio. hæredi.* imò etiam
in iudicio particulari vindicatorio probat
l. ſi autem. §. poßidere ff. de rei vind. & in bono-
rum poſſ. eſt text. *in d.l.*1. ibi, poſſides, poſſi-
deréſve, *&c.*) nam futuram poſſeſſionem de-
169 ſignat verbum illud (poſſideres) quia eſt
verbum præteriti temporis imperfecti in
ſubiunctiuo, quod etiam ad futurum reſpi-
ciet, *l. ſi ita quis. § ſi ita ff. de verbor. obliga.* vbi
notatur Bart. *in l.*1. *in 7.q. ff. de iure codicillor.*
Decius *conſ.*442. *num.*4. Iſſ. *in l. placet num.*12.
ff. de liber. & poſthum. Pariſ. *conſ.* 22. *num.*13.
*lib.*2. Peregri. *in tract. de fideicommi. art.*46.
*num.*29.

170 Quam doctrinam fortiorem procedere,
quando bonorum poſſeſſor, ſeu hæres in-
tentans bonorum poſſeſſionem, ſeu peti-
tionem hæreditatis, intentaret iudicium
vniuerſale, hoc eſt, vniuerſa bona hæredi-
taria peteret ab eo, qui rem vnam dumtaxat
poſſidet, quia tunc dubium non eſt, vt vni-
uerſale illud iudicium amplectatur, & com-
prehendat omnia bona, quæ poſtmodum
reus cœperit poſſidere tempore ſententiæ,
*l.*4. *ff. de peti. hæreditatis.* vt aduertit Me-
noch. *d. tract. de adipiſ. poſſ. rem.*1. *num.*71. qui 171
etiam ibi, *verſ. ſecundus eſt caſus.* probat;
aliud eſſe dicendum, quando actum fuit, &
intentatum hoc iudicium vniuerſale aduer-
ſus aliquem, qui nullo modo ab initio ali-
quam, etiam ſingularem rem hæreditatis
poſſidebat, quia tunc cùm non habuit vbi
interdictum bonorum poſſeſſionis potuiſ-
ſet à principio fundari, poſtmodum poſſeſſa
denuo non veniunt in condemnationem,
quemadmodum in caſibus ſuperioribus,
quando poſſidebat conuentus, etiam vni- 172
cam rem tantùm, ſiue aduerſus poſſeſſo-
rem ad illam dumtaxat actum fuerit, ſiue
iudicio vniuerſali omnium poſtmodum poſ-
ſeſſa venire dicantur in petitione, quia iu-
dicium fundatum inueniunt, ex Ripæ ſen-
tentia *in d.l.*1. *num.*19. *verſ. tenendo ff. quorum
bonorum.* poſt Paul. Caſtren. *in l. item viden-
dum § ſi quis cum. ff de peti. hæredi.*

Inſuper, & quæro; an exequutor datus, ad 173
exequendam reſtitutionem bonorum fa-
ciendam ei, quem Princeps vel Rex reſti-
tuit ad bona confiſcata, an excedat, ſi ei re-
ſtituere velit bona in tertium tranſlata, &
alienata, vel etiam fructus interim à fiſco
perceptos. In quo illud eſt affirmandum,
quòd ſi Princeps remiſit ſimpliciter pœnam
delicti, non extenditur talis reſtitutio ad
bona, etiam ſi reperiantur adhuc penes
fiſcum, & in ſuo patrimonio, neque aliena-
ta, nec illa tenetur fiſcus tradere reſtituto à
Principe, text. eſt qui ſic debet intelligi *in
l.*1. *in fi. & in l.*2. *&* 3. *C. de ſent. quæ pro.* & ibi gl.
ordinaria, & communiter Doctores. At ſi
Princeps reſtituit quoad pœnam, & quoad
bona ſimul, tunc intelligitur facta reſtitutio
eorum bonorum, quæ penes fiſcum repe-
riuntur: Si verò reperiantur alienata, & in
poteſtate alicuius tertij, in eius præiudicium
ad ea non extendi, certum eſt, niſi aliter
expreſsè in reſtitutione, & commiſſione
exprimatur, ſed tunc tenebitur fiſcus de
ſuo proprio patrimonio pretium reſtituere,
ita probant prædicta iura, & tenet gl. ſingu-
la. & vni. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de
liber. & poſthum. in verbo emancipatus in fi.* &
ibi B. Paul. Immol. & Alex. & communiter
Doctores, quos ſequitur Anto. Gomez *in l.*1.
ſub num 11. *verſ. ex quibus infertur.*

Reſpectu autem fructuum perceptorum 174
illud eſt indiſtinctè ſeruandum; vt exequu-
tor excedet, ſi illos, etiam à fiſco poſſidente
voluerit ſolui, compellere, cùm huiuſmo-
di reſtitutio, nullo modo ad illos perceptos
extendatur, ita probat text. *in authentica,
idem*

idem de Neſtorianis. C. de hæreticis. quem ad
hoc reputat ſingularem Angel. Immol. Paul.
Alexan. & communiter omnes Doctores *in
d.l. Gallus § quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth.*
licèt Iſſ. teneat ibi contrarium *n.*50. *colu.*15.
ſed ſuperiorem certiorem, veriorem, & te-
nendam opinionem communem in iudi-
cando, & conſulendo affirmat Ant. Gomez
*in d.l.*1. *Tauri ſub d. num.*11. *verſ. vnum tamen
eſt penes finem.*

175 Qui tamen rationem non reddit, ſed ea
eſt, quoniam huiuſmodi reſtitutio, non eſt
rigoroſa, hoc eſt, à iuris neceſſitate, & di-
ſpoſitione inducta, ſed omnino gratioſa, &
ex gratia, ſeu indulgentia principis, quo caſu
cùm interim percepti fructus nullo modo
reſtituentur, notat eleganter Couar. *in lib.*2.
*variar. cap.*11. *num.*3. Parlador. *lib.*2. *rerum*
176 *quoti. c. fi.* 5. *p.* §.16. *num.*7. cùm per confiſca-
tionem dominium rei adeptus ſit fiſcus, &
eius ſucceſſor, bonæ enim fidei poſſeſſor eſt
(vt Iureconſ. inquit) & dominium habet,
qui authore iudice comparuit, *&c. l. at ſi
quis §.*1. *ff. de religio. & ſumptib. funer. l.*52.
*tit.*5. *p.*5. tradunt gl. B. & Doctores *in l. ſi fi-
nita. & in l. Titia. ff. de ſolutio.* Couar. & Parla.
vbi proximè.

177 Nec obſtat, quod de natura huius verbi
(reſtitutio) ſuperiùs probauimus, hoc capite,
vt ex eius propria vi, & natura etiam ſim-
pliciter prolati, comprehendat fructus: cui
reſpondetur, quoniam (vt ibi à num.105.
& à n.113. diximus) procedit; quando pro-
fertur in caſu, in quo aliàs à iure eſt indu-
ctum, vt fructus reſtituantur, quia illud ver-
bum (reſtitutio) refertur ad ius, hoc autem
caſu cùm fiat ex gratia reſtitutio, etſi refera-
tur ad ius, fructus venire non poſſunt.

178 De vera reſolutione huius quæſtionis, &
ampliſſimè de tota materia vide vſque ad
refectionem, per Farina. *in practi. cri. tom.*1.
*q.*6. *à num.*28. *vſque ad fi.* vbi per regulas,
ampliation. & limitat. procedit, *& ſub n.*28.
179 *in prin. verſ.* & in ſpecie tractat, an clericus
condemnatus ad priuationem beneficio-
rum, & poſtea ex gratia reſtitutus, recipe-
ret eadem beneficia, præſertim ſi alteri ſint
collata, qui ſe remittit etiam ad text. & ibi
communiter per Doctores *in c. quamuis. de
reſcript. in* 6. Rolan. *conſ.*45. *num.* 20. *lib.*4.
Peregri. *de iure fiſci lib.*5. *tit.*2. *num.*41. & ad
alios plures, vbi etiam *in verſ. ſequenti* tra-
ctat idem Fari. an Clericus capitaliter con-
180 demnatus ob contumaciam (quo caſu ſi
quam habet penſionem, illam amittit, &
cum beneficio conſolidatur) vel etiam in
priuationem penſionis expreſſæ, pariter
condemnatus, ſi fuerit, vt ſuprà, reſtitutus,
cenſeatur etiam ad penſionem reſtitutus in
præiudicium eius, cui penſio adquiſita fuit, 181
& per extenſionem conſolidata cum be-
neficio, Sfortz. Odd. *de reſti. integr. p.*2. *quæſt.*
99. *num.*85. *&* 92. ad quam etiam materiam
vide latiſſimè cumulata per Mierem *tract. de
maiora.*4. *p. q.*23. *à num.*66. *cum ſeqq. in nouiori
impreßione.*

Sed & de alia quæſtione ſemel, & paſſim 182
vidi dubitari, an executor excedat com-
pellendo reum condemnatum ad rem red-
dendam, ſeu reſtituendam, vt pariter ſoluat
reddátque æſtimationem damni, & dete-
riorationis factæ, & liquidatæ in re ipſa, vel
ſatisfaciat condemnatus, & liberetur eam
reddendo eo ſtatu, quo reperitur tempore
condemnationis, & executionis, cùm per
ſententiam expreſsè in damnis condemna-
tus non fuiſſet; in qua varij varia dixere ad-
uocati. Ego autem vt non excedat, defendi
ſemper, motus primò, quia res reddita, ſo- 183
luta, reſtituta non dicitur, quæ deteriorata,
& damnificata redditur, reſtituitur, aut ſol-
uitur, text. optimus, & famoſus *in l.*3. *§. ſi red-
dita.* Si reddita (inquit Conſultus) quidem ſit
res commodata, ſed deterior reddita, non vi-
debitur reddita, quæ deterior facta reddi-
tur: niſi quod intereſt præſtetur, propriè
enim dicitur res non reddita, quæ deterior
redditur.) *ff. commodati.* text. eſt etiam *in l.*1.
§. ſi res. ff. de poſiti. cuius ſunt verba: Si res 184
depoſita deterior reddatur, quaſi non red-
datur, agi depoſiti poteſt, cùm enim deterior
redditur, poteſt dici dolo modo redditam
non eſſe.) text. *in l. qui ſibi* 33. *§ qui Stichum &
§. itèm.* qui hominem dare promiſit, & vul-
neratum à ſe offert, non liberatur) *ff. de ſo-
lutio.* text. *in l. mulieris,*13. *§. res abeſſe.* ibi, Res
abeſſe videntur, vt Sabinus ait, & Pedius
probat, etiam eæ, quarum corpus manet,
ſed forma mutata eſt, & ideo ſi corruptæ 185
redditæ ſint, vel transfiguratæ, videri abeſſe,
quoniam plerumque plus eſt in manus pre-
tio, quàm in re.) *ff. de verbor. & rerum ſignifi.*
text. *in l. Labeo* 14. ibi, Si veſtimentum ſciſ- 186
ſum redditur, vel res corrupta reddita ſit,
veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictu-
ra, videri, rem abeſſe, quoniam earum re-
rum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte
ſit poſitum, *&c.*) *ff. eodem tit. de verbor. ſignifi.*
text. etiam elegans *in l.* 1. *§ qui autem.* ibi,
qui autem vi deiectus eſt, quidquid dam-
ni ſenſerit ob hoc, quòd vi deiectus eſt,
recuperare debet. priſtina enim cauſa reſti-
tui ei debet, quã habiturus erat, ſi non fuiſſet
vi deiectus.) *ff. de vi arm.* text. etiam *in l. fi.*
§. fi. ff. de verbor. ſignifi. ibi, reſtituit non tan- 187
tùm qui corpus, ſed etiam qui omnem rem
conditionémque reddita cauſa præſtat, &
tota reſtitutio iuris interpretatio eſt.) Ex

quibus quidem iuribus manifeſtè probatur,
non ſoluere, nec rem reddere, aut reſti-
tuere, ſententiæque condemnatoriæ vi-
ctum non parere, nec ſatisfacere, ſi ſimul
damna eius non præſtiterit, quæ dum non
ſoluit, aliter rem tradendo à vinculo execu-
torialium minimè liberatur.
188 Secundò probatur, quia verbum (reſti-
tuere,) hanc habet etiam ſignificationem,
vt emendationem, & ſatisfactionem dam-
ni comprehendat, adeò vt qui non emen-
dat vel ſoluit valorem, & æſtimationem
damni, dicitur non reſtituere, ita elegan-
ter docet Federi. de Senis conſ. 18. in fi.
ſequitur Cardin. Tuſc. practi. conclu. litera
R. concl. 302. num. 2. & probat text. in d. l. fi.
§. fi. ff. de verbor. ſigni. d. l. 1. §. qui autem.
per quam & per Lucam de Peña, idem di-
cit Menoch. de recuper. poſſ. rem. 1. numer. 6.
189 quæ quidem verborum propria ſignifica-
tio etiam in materia quantumcumque ſtri-
cta, & odioſa, omnimodo retinetur, & ab
ea nullo modo recedi oportet, text. eſt
in l. cùm l. vbi Areti. ff. de teſtam. plures con-
geſſit Couarru. lib. 3. variar. cap. 5. in fi. Ro-
ta in nouiſſima deciſ. 223. num. 28. & latiùs
nos egimus ſuprà hoc c. à num. 119. & ſeqq.
circa fructus in reſtitutione, quæ etiam
190 propria eſt ſignificatio huius verbi (redde-
re) vt ſatisfactionem damni virtualiter
comprehendat, text. in d. l. 3. §. reddita. ff.
commodati. ibi, propriè enim dicitur res
non reddita, quæ deterior redditur, &c.
text. in d. l. mulieris. d. §. res & ſeqq. iuncta
rubr. de verbor. & rerum ſigniſi. ſecundùm
quam omninò debent leges intelligi, imò
191 & verbum (reddere) iuris interpretatione
ſignificat etiam reſtitutionem, gl. in l. ver-
bum reddendi ff. de verb. ſigni. Cagnol. in l. cu-
rauit n. 70. C. de actioni. empti. ergo executor
non excedet, ſi huiuſmodi damni liquida-
tionem præſtare cogat condemnatum.
192 Tertiò probatur inſuper, nam reſtitutio
eſt redintegratio in priſtinum ſtatum. l. reſti-
tuere ff. de verbor. ſigni. l. quod ſi minor. §. reſti-
tutio ff. de minorib. l. videamus §. in Fabiana ff.
de vſuris. ergo nec condemnatus, nec exe-
cutor ad rei reſtitutionem datus ſatisfaciunt
ſententiæ executorialium, ſi illam red-
dant, & reſtituant attento præſenti ſtatu, &
non priſtino, ſuadet etiam etymologia ver-
bi (redintegratio) ſic dicti, à re, & integer,
193 non enim redditur, aut reſtituitur res in-
tegra, quæ deteriorata, aut corrupta reſti-
tuitur, ſunt iura ſuperiùs citata. damnum
enim dicitur omnis rei diminutio, ſeu læſio,
194 Paul. in l. 3. in fi. ff. de damno infecto. Antoni.
Franci. in tract. de eo quod intereſt numer. 5.
volu. 8. tractatuum Doctorum. Burg. de Paz
in proœmio ll. Taur. num. 148. non ſecus ac ſi 195
executor ad reſtituendum fundum datus,
dimidium tantùm tradat, aut vt ſoluat cen-
tum, & exequatur pro octoginta duntaxat,
contra naturam, & verum, clarúmque ſen-
tentiæ ſenſum d. l. fi. §. fi. ff. de verbor. ſigniſi.
ibi, omnem rem.) & ibi, tota reſtitutio iu-
ris interpretatio eſt.) & d. l. 1. §. qui autem ff. de
vi & vi armata. ibi, priſtina enim cauſa re-
ſtitui ei debet, &c.)
Reſtitutio enim tantum reſtituit, quan- 196
tum id abſtulit, aduerſus quod reſtitutio
conceditur, Bar. in l. fi. colu. 3. C. de ſenten.
paſſis. vbi per illum text. conſtat, quòd tan-
tum reſtitutionis gratia attribuit, quantum 197
condemnationis ſententia ademit. Optimè
Farina. practi. crimi. tom. 1. q. 6. ſub n. 32. vbi per
Decium in l. condemnatione. §. cum verbum
reſtituas. ff. de regul. iur. dicit, quòd non dica- 198
tur quis reſtitutus, niſi plenariam fuerit
conſequutus reſtitutionem, & quòd reſti-
tutio facit renaſci illud, quod extinctum
fuit penitus, per l. ſi qui filium §. ſed ſi Pater ff.
de iniuſto rupto irri. & Caſtren. in l. Gallus. §.
& quid ſi tantum. colu. penul. ff. de liber. &
poſth.
Maximè, quia rei appellatione de tota re 199
intelligitur. Ruin. conſ. 80. pro clara num. 4.
lib. 2. vbi dicit communem. Alexan. conſ. 195.
in prin. lib. 6. l. Titia cum teſt. §. 1. de leg. 2. quem
ibi ad hoc ponderat Bal. & alij poſt eum
l. ſi defenſor. §. qui interrogatus ff. de interroga.
actio. & in l. de pupillo. §. qui nuntiato. & ibi
not. B. & alij ff. de noui oper. nun. l. legatis vxori.
& ibi Dyn. & B. de leg. 2. l. hoc legatum. de leg. 3.
not. gl. B. & alij poſt eum in l. ſi in rem in
prin. de rei vindi. Doctores in l. Pompo. §.
ſed & is ff. de procurato. & in cap. 2. de libelli
oblatio. ergo non tota redditur, quæ dete-
riorata traditur, nec adimpletur mandatum.
quare meritò non ſoluere, nec redde-
re, ſoluendo rem deterioratam, dicunt
iura ſuperiùs allegata, cùm integram non
reddant.
Quartò fulcitur, nam actor, & reus de- 200
bent ad paria, nō autem imparia iudicari, ex
iu. vulg. ſed ad fauorem condemnati priſti-
nus rei ſtatus attenditur, an deteriorata res
ad ſe peruenerit, adeò vt melioramenta à ſe
facta & liquidata in executione oppoſita in
vim exceptionis modificatiuę à vincente rei
Domino, recuperat, & ad ea executor præ-
ſtāda compellit abſque reatu exceſſus, etiam
ſi de iis in ſententia ſoluendis nihil dicatur,
vt latè nos ſuprà in c. de exceſſu in exceptio.
c. 6. à n. 73. ergo pari ratione cōdemnatus rei
deteriorationes pręſtare tenetur, ſi in ſenten-
tia ſit omiſſum, eodem priſtino ſtatu attēto,
vt probat d. §. reſtitutio. cum aliis. Si enim
æſtima

tionem eius, quod rei additur, in exe-
201 cutione recuperat, cur ſimiliter quod rei
ipſi detrahit, ſoluere non tenebitur? ſiqui-
dem fauorabilior eſt, certans de damno vi-
tando, quàm de lucro captando.
Quintò & eleganter facit, nam ſi fructus
202 percepti à condemnato, aut eorum æſtima-
tio (qui ſunt res omnino ſeparatæ ab ipſa
re principali, l. in ædibus §. ex rebus ff. de do-
natio. Marqueſa. de commiſ. 1. p. in commiſſio.
appell. ſuper diuer. c. 28. n. 30. fol. 3. in 2. impreſ-
ſione. Eſcac. de appell. quæſt. 17. limi. 6. memb. 9.
ſub n. 37. & num. 32. in fi. Carauita ſuper ritu
magnæ Curiæ 259. n. 4. in fi. Cæſar Barz. deciſ.
Bononien. 45. petitæ n. 1. & 2.) ſed quia tan-
203 tùm cauſantur ab ipſa re, reſtituuntur cum
re ipſa, ad quam duntaxat reſtituendam exe-
cutor datus eſt, vt latè probauimus ſuprà
hoc cap. à num. 93. cum ſeqq.
Ergo multo magis ratio, & conſideratio
204 damnorum, & deteriorationum habenda
eſt, quæ ipſammet rem afficit, intus tangit,
pars eſt eius, & membrum ipſius corporis, &
ſubſtantia illius rei nominatim expreſſæ in
205 ſententia, quia plus influit, & operatur cau-
ſa in ſeipſa, quàm in cauſato, authent. multo
magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. clem. 1. de reliquiis
& veneratio. ſanctor. l. ſi non ſunt claui. 21. §.
perueniamus ff. de auro & arg. lega. l. tempus
29. de re iudi. Caſtren. conſ. 129. tom. 1. Feli.
in c. auditis num. 20. de reſcrip. deciſ. Genuenſ.
126. n. 2. doctiſſi. Perez de Lara de anniuerſa.
& Capellan. lib. 1. c. 6. à num. 1. l. nauis onuſtæ.
1. reſponſ. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Quod qui-
dem fundamentum fulcitur mirabili illa
206 doctrina, nempe; quòd licèt emphyteuta de-
teriorando rem, ipſam amittat ſtatim; pro-
cedit, quando deterioratio contingit in re-
ipſa, non autem in fructibus, nam damnum
in ipſa re eſt perpetuum, damnum autem
fructuum temporale, illud reſpiciens domi-
207 nium, iſtud commoditatem vtentis dunta-
xat, docet Bal. in authent. qui rem n. 2. C. de ſa-
croſ. eccleſ. & ibi eum ſequuntur Raphaël Ful-
goſ. Paul. Caſtren. & alij. Alexan. conſ. 118.
num. 7. lib. 5. Iſſ. conſ. 17. n. 11. lib. 1. & in l. 2.
num. 98. de iure emphyt. Ripa reſponſ. 27. num. 7.
de iur. emphyt. volum. 2. Beroi. conſ. 120. n. 30.
& ſeq. lib. 1. Manti. de contractibus lib. 22. tit.
29. n. 22. Roland. à Valle conſ. 49. n. 20. & 21.
lib. 2. Riminal. iunior conſ. 355. n. 22. fortis
enim ratio vrget, nam ſi ſpoliator condem-
natus ad rei reſtitutionem tenetur etiam
fructus præſtare, tanquam damna. Marius
Giurba deciſ. 39. n. 6. ergo multo magis dam-
num, ſiquidem fortior eſt ratio deterioratio-
nis in re, quàm in fructibus. & quia æſtima-
tio non eſt quid diuerſum ab ipſa re. Carol.
de oblatio. p. 2. quæſt. 35. Giurba deciſione 114.
ſub num. 10. & deciſ. 115. num. 6. Gratian. diſcep.
for. 243. n. 67.
Maximè cùm deficiente tota re, ad quam 208
tradendam, & reſtituendam executor da-
tur, poteſt licitè in eius valore & æſtimatio-
ne liquidata, executionem facere ſine ex-
ceſſus reatu, l. qui reſtituere ff. de rei vindi. l.
Iulianus ff. de confeſſ. l. ſi longis C. de execut.
rei iudic. l. 3. tit. 14. p. 5. l. 42. tit. 5. p. 5. opti-
mè l. 5. tit. 23. p. 3. ante medium, pluribus
authoritatibus & doctrinis exactè hæc pro-
poſitio fulcita eſt ſuprà cap. 5. à num. 33. &
in ſpecie probatur in d. l. 3. §. reddita. ibi,
niſi quod intereſt præſtetur, &c.) ff. commo-
dati. & ſic pariter, & à fortiori, cùm tota res
reddi, reſtituíque iubeatur per ſententiam,
parte eius per deteriorationem perempta,
iam non eſt in condemnati facultate, & po-
teſtate reſtituere, meritò ad eius æſtimatio-
nem executori licet peruenire, idem nam- 209
que iuris eſt de parte quoad partem, ac de
toto quoad totum: nam æſtimatio ſuc-
cedit loco rei, & rem ipſam repræſentat.
Oldral. conſ. 114. Caroc. vbi ſuprà. Surd. conſ.
81. num. 5. Burſa. conſ. 100. num. 39. Cephal.
conſ. 554. num. 6. Menoch. conſ. 1166. num. 9.
Socin. conſ. 82. num. 26. volu. 4. Pappon. conſ.
27. num. 50. & 51. plures citat Giurba deciſ.
114. num. 12. qui num. 10. poſt plures fir-
mat, quòd qui tenetur ad damna, ad rei æſti-
mationem obligatur.
Et fulcitur hæc pars ex eo, quia fideiuſſor
obligatus pro ſolutione certæ penſionis do- 210
mus conductæ, tenetur etiam pro deterio-
ratione, licèt fideiuſſio ſit ſtricti iuris, l. 2. ff. in
quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contra-
hatur. l. admiſſi §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſori-
bus. quam reputauit ſingularem ibi Ludoui.
Bolog. in 2. interpretatio. facit text. in l. ſi ab
vno. ff. vt legator. nomi. caueatur. Cæpol. cautel.
127. ille qui fideiuſſit. Roma. ſingul. 152. quæ-
ro. Hippoly. in rub. de fideiuſſo. q. 8. vbi latè di-
ſputat Rebuf. in tract. de liter. obligato. artic. 4.
gl. 2. n. 32. in commenta. tom. 1.
Et in terminis quòd condemnatus ad rem 211
reſtituendam, & reddendam, intelligatur
etiam tacitè & virtualiter condemnatus ad
damna illata in ipſa re, tenet Card. Tuſ. pract.
concluſ. litera S. concl. 126. num. 107. & meliùs
concl. 128. num. 11. vbi ad eius aſſertionis com-
probationem allegat text. optimum in d. l. 3.
§. reddita, dicens quòd in tantum condemna-
tus intelligitur ad damna illata, vt executor 212
in ſententiæ executione, facta damnorum
liquidatione, & æſtimatione poſſit per viam
brachij militaris, ad eam præſtandam con-
demnatum aſtringere, quod etiam procede-
re in damno illato, & deterioratione poſt
ſententiam vſque ad veram, & realem rei re-
ſtitu

213 ſtitutionem, affirmat ipſe Tuſc. conducunt
etiam Federi.de Senis,Tuſc.& Menoch. ſu-
prà citati in ſecundo fundamento num.187.
quæ opinio ſatis eſt probabilis,& vera,à qua
nullatenus recedendum eſſe arbitror. & lo-
quendo in ſpoliante condemnato ſimplici-
ter ad rei reſtitutionem, vt etiam teneatur
damna reſtituere, probat Giurba *deciſ.39. à
num.2.* Pute. *deciſ.298. lib.2.* Rota *diuerſo.
deciſ.334.p.2.*Menoch.*conſ.758.n.17.volu.8.*
214 Circa quam an,& quis in re illata ad dam-
na teneatur. vbi de emptore vigore execu-
tionis poſtmodum reuocatæ, de poſſidente
pignus prætorium, de adminiſtratore reipu-
blicæ, tutore, curatore, colono, inquilino,
vſufructuario, emphyteuta ac maioratus
215 poſſeſſore. & qualia dicantur damna, & de-
teriorationes, & ex quibus cauſis deteriora-
tionem rei contingentem præſumatur acci-
diſſe culpa, negligentia, aut dolo poſſeſſo-
ris, ſeu adminiſtratoris, & de pluribus aliis
ſimilibus difficultatibus conſule omnino
Eſcobar *in tract. de ratiociniis c.19. per totum.*
vbi optimè explicat. & latè etiam per Man-
ticam *de contractibus tom.2. lib.22. tit.29. per
totum.* vbi multa. qui poſt alios *n.9.* optimè
216 tractat, an & quando deterioratio cum me-
lioramentis in ipſa re factis compenſetur,
apponendo regulam negatiuam, & ad illam
nonnullas limitationes, quo loci exactè pro-
ſequitur videndus.

CAPVT X.

Ab exceſſiua fructuum, damnorum, expenſarum, intereſſe, pertinentiarum, ac connexorum liquidatione, & taxatione facta per executorem; appellationi emiſſæ non deferendo, an vis fiat. vbi exactè quomodo hoc caſu ſimplex grauamen ab exceſſu cognoſcatur.

SVMMARIVM.

Sententia generalis condemnatoria fertur in iudiciis vniuerſalibus, in executione poſtea liquidandum quæ ſub generica condemnatione comprehendantur. num.1.

Idem & in iudiciis generalibus, puta reddendæ rationis adminiſtrationis.n.2.

In executione ſententiæ vniuerſalis,puta l.fi.C.de edict. diui Adri. tenuta maioratus, petitione hæreditatis, &c. *liquidantur res ad illam pertinentes.n.3.*

Sententia poteſt ferri incerta ſuper acceſſoriis, puta fructibus, pertinentiis,&c.*de cuius æſtimatione liquidò in executione apparebit.n.4.*

Condemnatus vel obligatus per guarentigiam ad fructus, damna, aut intereſſe, in executione facta liquidatione ſoluit.n.5.

Executio facti promiſſi in æſtimatione aut intereſſe fit.n.6.

Exceſſus circa liquidationem dupliciter conſideratur, propriè, & abuſiuè ſeu impropriè.n.7.

Exceſſus impropriè accidit vbi nimis taxatos fuiſſe fructus condemnatos quis aſſerit.n.8.

Exceſſus impropriè eſt potiùs iniuſtitia & ſimplex grauamen,quia executor tunc continetur ſub limitibus ſuæ commiſſionis.n.9.

Ab exceſſu improprio,puta vbi nimis fructus ſunt taxati,non datur appellatio ſuſpenſiua.n.10.

*Liquidatio pertinentiarum præcedente condemnatione vniuerſali,dicitur declaratio interpretatiua non augens nec minuens condemnationem.n.*11. 13. *&* 17.

Supplicatio con las mill y quinientas *ſi non admittatur à ſententia tranſacta in rem iudicatam, nec ab eius liquidatione facta in eius executione.n.12.*

Executio eſt ſequela primi iudicij & eiuſdem naturæ.n.14.

Quod in ſententia continetur implicitè,per liquidationem in executione declaratur explicitè. num.15.

Executio eſt eiuſdem naturæ cuius eſt prima cauſa, & ideo ab iſta ſicut non licet appellare, ita nec à declaratione, & eius liquidatione. numero 16.

Liquidatio quæ non mutat ſubſtantiam rei iudicatæ, non inducit nouum grauamen.n.17.

Liquidatio tunc non mutat ſubſtantiam condemnationis, quando continet declarationem interpretatiuam, non augentem nec minuentem, ſeu variantem ſubſtantiam eius. numer 18.

Taxatio expenſarum eſt declaratio interpretatiua ſententiæ, à qua non appellatur regulariter. num.19.

Taxatio dicitur meri facti præexiſtentis declaratio.n.20.

Taxatio & liquidatio præcedentis ſententiæ dicitur executio & declaratio.n.21.

Exceptio rem pluris minúſve eſſe liquidatam ſententiæ executionem non ſuſpendit.n.22.

Pro taxa in dubio præſumitur.n.23.

Exceptio taxæ exceſſus vbi inducit contractum vſurarium,ſi probetur intra decem dies admittitur in executione ob periculum.n.24.

Non ſatis eſt aliquid de nouo fieri niſi denuo pars grauetur,& ideo non appellat.n.25.

Quod contingit ex cauſa de præterito,ad primam cauſam de præterito referendum eſt.n.26.

Mandatum limitatum in incerto non cauſat exceſſum ſed grauamen, vt in exemplo appoſito. num.27.

A liquidatione fructuum,damnorum,pertinẽtiarum, &c.*virtute rei iudicatæ, aut inſtrumenti guarentigiati appellationi non eſt deferendum. n.28.*

A liquidatione executoris vigore executorialium non admittitur appellatio, ſed iterum executori cauſa remittitur vt illam peragat. n.29.

Aeſtimatio & rei verus valor,vbi euidenter ſit probatum, & ab aduerſario nihil quod eneruet verificetur, executor ſi aliter taxet poterit appellare ex capite iniuſtitiæ notoriæ.n.30.

Exceſſus verè & propriè in liquidatione contingit,quando executor modum condemnationis, ſiue etiam liquidationis eſſentialiter variauerit,aut mutauerit.n.31.redduntur exẽpla.ibid.

Liquidatio quæ ſub generalitate verborum ſententiæ nec virtualiter, nec viſibiliter comprehenditur, rectè conuenit definitioni exceſſus, & ideo à tali exceſſiua liquidatione licet appellare.n.32.

Executor liquidans rem quæ extra condemnationem ſit illius ſubſtantiam augens,nouiter granat & excedit,& à tali exceſſu licet appellare. num.33.

Appellatio à taxatione & liquidatione quæ non comprehenditur ſub condemnatione generali, cauſat attentatum & nullitatem executionis. num.34.

Ab exceſſiua fructuum,damnorum,&c. *liquidatione & taxatione facta per executorem admittitur appellatio ſuſpenſiua.n.35.*

Quod declara vt in n.36.

Executor ad reſtitutionem præbendæ cum fructibus liquidandis datus excedit ſi taxet etiam diſtributiones quotidianas.n.37.

Executor ad reſtitutionem beneficij cum fructibus liquidandis, datus, excedit ſi liquidet etiam emolumenta incerta, vt oblationes,& funeraria, &c.*n.38.*

Diſtributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuum beneficij.n.39.

Excedit executor in liquidatione,ſi condemnationem in fructibus perceptis extendat ad eos qui percipi potuerunt,n.40.

Fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt, debet fieri condemnatio in reuocatione attentatorum.n.41.

Fructuum qui percipi potuerunt per attentantem omiſſa condemnatio tacitè in ſententia ſubintelligitur. n.42.

Dummodo percepti fuerint à tertio cauſam ab attentante condemnato habente. ibid.

Excedet executor in liquidatione ſi lata ſententia ſuper fructibus à tempore litis conteſtationis, & liquidet à tempore occupationis. n.43.

Fructus virtualiter ſubintellecti ſub condemnationis verbis, executor non excedit liquidare, & præſtare.n.44.

Fructus ad quos condemnatus quis à die occupationis vel conteſtationis non excedet executor, ſi liquidauerit etiam fructus decurſos poſt ſententiam vſque ad realem reſtitutiorem rei. num.45.

Condemnatus ad reſtitutionem equarum ſeu vaccarum con partos y pos partos *an excedet executor,ſi huiuſmodi poſt partus in infinitum vſque ad tempus præſens voluerit liquidare. num.46.*

Taxam legis iuſti interuſurij pecuniæ reſtituendæ ſi executor excedat,in liquidatione excedere dicitur.n.47.

Sententia excedens taxam legis in annuis redditibus eſt nulla ipſo iure.n.48.

Sententia talis in dubio intelligitur,qualis de iure ferri debuit,quia ad ius refertur.n.49.

Sententia ita debet interpretari ne iniquitatem & iniuſtitiam contineat.n.50.

Executor in liquidatione excedit ſi condemnatum ſimpliciter in expenſis compellat & liquidet ſimul perſonales. n.51.

In liquidatione excedit executor ſi ſub liquidatione expenſarum liquidet etiam damna.n.52.

Iudex reſeruans ſibi taxare expenſas, non poteſt taxare damna.n.53.

Et quid in contractibus an appellatione expenſarum veniant damna. n.54.

Damna tacitè ſubintellecta ſub condemnationis verbis, executor non excedet liquidare in executione. n.55.

Excedit executor quando liquidationem addiderit condemnationi,quia nouam addit condemnationem, & à tali exceſſiua liquidatione licet appellare.n.56.

Exceſſiua dicetur liquidatio ſi executor ordinem omiſerit liquidationis, admittens exceptiones reiiciendas,& reiiciens admittendas.n.57.

Executor anteaquam proueniat ad executionem facti, debet præmittere liquidationem, quæ pertinentiæ, fructus, ſeu damna comprehendantur ſub generalitate condemnationis.n.58.

Executio ſententiæ factæ ante liquidationem pertinentiarum & ſimilium eſt nulla ipſo iure. num.59.

Et à tali exceſſiua liquidatione licita eſt ſuſpenſiua appellatio. n.60.

Præpoſteratio executoris cauſat exceſſum & nullitatem. n.61.

In liquidatione excedet executor ſi ad illam faciendam non citet condemnatum. n.62.

Exceditur modus inter exequendum, ſi pars non citetur in eo quo debet adeſſe. n.63.

Liquidationis in executione per quæ fiat probatio,& ea ſummariè non ſeruato ordine iudicij ordinarij, vbi nec requiritur libellus, nec litis conteſtatio. n.64.

Liquidationis probatio ſuper pertinentiis, damnis, aut fructibus, &c. *fit per interrogatorios aduocati. n.65.*

Sententiæ generalis ſiue petitionis hæreditatis,